



**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Iacobi Sadoleti Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Ad Principes
populosque Germaniæ exhortatio grauissima, vt desertis & abiectis
pestilentissimarum hæresium infanijs, in gremium Catholicæ & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)



IACOBI SADOLETI
SACRÆ ROMANÆ ECCLE-
SIÆ CARDINALIS, AD PRINCIPES
populosque Germaniæ exhortatio grauissima, vobis
tis & abiectis pestilentissimarum hæresium in-
nijs, in gremium Catholicæ & Apostolicæ
Christi Ecclesiæ redeant.

Maxime erat optandum, Principes populique Ge-
mania, vt nos cuncti, qui Christianam fidem possi-
mur, atque in ea vna, spem nostræ salutis perpetuæ
repositam habemus, vno ore atque corde eadem
sentiremus, quodque inprimis a Domino nostro Iesū Christo
nobis est imperatum, atque præscriptum, omnes in ipsū Deum, &
in eius patre summo Deo, sicut ipsi inter sese vnum facti sunt
nos, & in illis vnum, & inter nos essemus, Quæ recta & vera
salutem nobis est via. Sed quoniam prauis hominum consuetu-
dinibus omnia miscentibus ac perturbantibus, facta est in Christi-
ano populo magna dissensio, cuius isthinc ortus atque incitatio deri-
uata in ceteros, maximis tamen incrementis in Germaniam
extensa sunt, neque solum a Christianæ disciplinæ moribus, sed a ve-
re etiam sanctæ religionis instituto variè discessum est. Vnde et
mibi, Deo adiuuante, pro eo amore quem erga istam formam
victamque nationem semper habui, multis multis scribentibus
filere, tanto meo in dolore, tandiu, sed pro mea virili parte, in
dium aliquid proferre, quod cæteris vile esse possit, minus ac
ipsi apud summum Deum, patrem misericordie, locum aliam
venie & facilitatis ad ignoscendum meis peccatis parat. Quod
mibi ab diuina illa bonitate & clementia contingere carere
si animo bono, si mente integra, si tantum studio concordi-
que vnitatis adductus, nulla affectione improba, nullis con-
tibus deuijs, nulla vilius præmij spe contaminatus & corruptus,
ad hunc scribendi laborem me confero. In quo vos Germani
Proceres & populi, qui ab optimis partibus statis, qui conuincuntur

& pietatis vestrae clarissimū lumen ceteris errantib. preferre non
 debemus, quorum virtute & sapientia & religione, veritas atque
 unitas dei Catholice in istis oris nondum etiam dissipata est,
 nec, ut spero, dissipabitur, Oro atque obtestor, ut & mea verba li-
 berius animis audire, & p̄tam meam hanc voluntatem cōpro-
 bare studijs atque auctoritate vestra velitis. Ego enim et si is sum,
 qui nulla eximia animi virtute, nullis praestantibus ingenij orna-
 mentis praeditus sim: tamen in hac mediocri & dignitate & do-
 ctina, quae à Deo Opt. Max. mihi donata est, profiteor hoc assi-
 dū & p̄se me fero, nihil mihi magis cordi esse, quam unitatem &
 pacem, nulla me studia, nullos amores, nullas utilitates ei cogita-
 tioni & curae anteferre, quae de concordia reconcilianda sit, & ad
 curandam ac propugnandam Catholicam fidem pertineat, quae
 quae alterius querimonijs expostulationibusque extinctis, faciat
 eorum animos qui Christi sanctum nomen semel agnouerunt,
 in unum rursus conuenire. Hac voluntate cum sim, cumque me-
 os amoe erga vos Germani, plurimis iustissimisque de causis diu
 ante susceptus, appetere me & optare dissidij aliquando finem,
 praesertimque fidem & communionem benevolentiae desiderare
 compellat: dignus certe sum, cuius à vobis non speratur neque
 repugnetur oratio. Praesertim si ea quae dixerō, plena aequitatis &
 summi in vos amoris visa fuerint, Amo enim vos, quod qui-
 dem me temerē & sine causa facere videar, exponam vobis breui-
 ter amandi & Germanum nomen magnificandi causas. Ego
 enim (ut vetera omittam) quae antiquorum monumentis no-
 bis sunt tradita, in quibus de maiorum vestrorum fortitudine,
 de vita atque factis, de rebus gestis, de hominum multitudine at-
 que frequentia, de ingenuitate morum, de seruanda fide, si qua
 à vobis data esset: de ceteris rebus permulta scripta sunt, quae ad
 eandem laudem generis vestri pertineant, quodque eo tem-
 pore Romani Principes, qui orbem terrae imperio complecte-
 bantur, vestrae semper amicitiae & societatis erant appeten-
 tes: neque quemadmodum ipsi ex vobis crescerent, sed quem-
 admodum vos firmos in amicitia tenerent, praecipue labora-
 bant, Quippe qui & externa bella vestris inprimis auxilijs, &
 virtute vestra conficiebant, & in ciuilibus seditionibus, suum po-
 tissimum corpus vestrae committebant fidei, ut perspicue appa-
 retet, quid illi iudicij de vobis facerent, tam in virtute animi,
 quam in fidei constantia. Ut haec, inquam, omittam, quae qui
 legerunt & didicerunt, non possunt aliquam non in admiratio-
 nem de vobis ac Germanicae nationis benevolentiam adducere.
 Quae sunt nostrorum temporum atque etiam multo superio-
 rum aetate, libentius commemorabo. Vos enim Germani, cum
 primum Christi nomen inter vos palam praedicari coepit, est

Aaa 2. quod

quod quidem factum est duobus Romanis Pontificibus Gregorio & Zacharia, maximè procurantibus, Bonifacio Episcopo, minarum ad id negotium missò, homine & pietate & doctrinam i: signiter ornato, ut ei, quæcunque ille agere aut suscipere sisset, & Dei omnipotentis gratia, & hominum promissa obediendum voluntas adesset: cœlesti fidei sanctæ legem, & ritatis doctrinam protinus admisistis, viamque in spem salutis æternæ regenerati, & de integro nati, quæ ab illis sanctissimò atque optimo, eiusque deinde successoribus, hæc sanctæ sedis Apostolicæ documenta vitæ atque præcepta quæ per manus vobis tradentibus, didiceratis, ea inuolata, & inviolatè custodistis. Erant quidem etiam ante nonnumquam vestris oris & regionibus de Christo aliquid audierant, quibusdem atque nomen suos inter necessarios familiaresque tribuuntur: Verum ij tum pauci atque dispersi, tum nihil quicquam publicè magno opere audentes. Quod autem nomen illud sanctissimum, in quo vno salus nobis consistit, neque aliud vniuerso solo aut infra cœlum est, in quo spem ponere possumus, vobis præ factum, declaratum, & in cordibus vestris per fidem inscriptum est: hoc Romanis Pontificibus acceptum referre debetis, quorum (vt in vetustis annalibus legimus) cura atque sollicitudo vobis conferuandis fuit singularis, vt si beneficium hoc magnum sit, quod quidem tantum est, vt eo maius nullum, non modo ab hominibus, sed ne ab ipso quidem omnipotente Deo possint expectare, gratia de eo aliqua in vestris animis remanere cœperit, vt si quibusdam etiam Pontificum posteriorum iactantibus, quod iniurias ab eis cœpisse vos arbitramini, ipsam tamen Pontificum nomen colere, huiusque Apostolicæ sedis auctoritatem, grauem atque sanctam habere debeatis, è qua vestra perpetua salutis initia, vitæque diuinitus agendæ documenta in vos profusa sunt. Sed vt redeam ad causas meæ in vos amoris, Quod gratiam homini verè Christiano (qualem me ego esse etiam de lapsa vita à professione discrepet, ipsa tamen voluntate & fide prætor) quid optatius quam videre, audire, legere, gentes multitudinem animi inuictas, multitudine innumerabiles, moribus & studijs à consuetudine ceterorum alienas tam subito & tam facile audito nomine Christi, mansuere, & quos nulla veritas hominum vis, nulla minæ, nullus terror, ad parendum & credendum compellere potuisset, eos statim audito Dei verbo, homunculi oratione captos, colla cœlesti iugo supponere, & abijcere. Quæ vestra laus Germani penè est propria. Numerose gentes ac nationes, quæ ad fidem & ad Deum conuerterant, non generatim neque vniuersæ, sed partibus temporibusque tribuuntur, ad veritatis notionem sunt adductæ, vos simul atque

legere cepistis, quid vobis proponeretur, regnumque Dei & vite
 melioris precepta auribus & mentibus vestris concipere, non
 parum in se, sed cateruatim, Spiritu sancto afflante corda vestra
 receptura superioris studijs, ad Deum & ad Dominum Iesum
 Christum vos consulistis. Quia vestra bonitas & facilitas, cui que-
 si Dominum eundem Iesum Christum pio animo colenti, non
 amanda sit & complectenda? Atque hoc etiam magis, quod cum
 perfectum tum fuerit, quo vos prepotens Deus amore comple-
 deretur, qui vos suos facere & sibi tantopere studuit conciliare,
 necesse est, quos Deus tantopere diligit, eosdem a nobis qui Deum
 timemus & colimus, non diligi solum, sed plurimi etiam fieri.
 Quamquam illa Dei in vos benevolentia, admirabilis quaedam
 providentia fuit rerum futurarum, vidit enim ille & prospexit,
 nominis Christiani, quod precipue constituere ipse idque sibi
 proprium adoptare volebat, quodque iam tum in orbe ferè ter-
 rarum per nationes erectum increbrescere passim & frequentari
 creperat, vos precipuum quondam robur & fundamentum fore,
 quoque fortitudine præstantique pietate, Catholica Ecclesia &
 aduersus hostiles impetus tuta, & à domesticis factionibus eo-
 rum qui illam concerpere & lacerare conarentur, incolumis es-
 set retinenda. Tale ergo Germani de vobis & tam honorificum
 iudicium fecit Deus, quod ipse æternus è principio cognitum sibi
 habuit, nos deinde comprobatum iudicij hominù perspeximus.
 Nam cum imperium Romanum, quod ex Oriente in Galliam
 fuerat translatum, & Carolo Magno summo atque inuictissimo
 Regi, qui tamen è vobis originem ducebat, per Rom. Pontifices
 Adrianum, Leonemque delatum, secundum Ludouici tempora,
 qui Carolo successerat, imminui vehementer & labefactari ce-
 pit, neque villam certam iam haberet domicilij sedem, sed re-
 golorum in Italia contentionibus huc atque illuc traheretur:
 Videntes posteri Rom. Pontifices, nullam esse in ijs qui tanti ho-
 noris nomen sibi usurpabant, excellentem dignitatem, imperi-
 um autem ipsi stabili in loco atque honorifico constituere cupi-
 eant, ut esset vnde aduersis in rebus præsidium, vel Italia Barba-
 rorum aliqua incurfione laboranti, vel vexate atque oppugnate
 sancte Rom. Ecclesie, afferri posset, vestram illi potissimum Ger-
 maniam nationem, vestros Principes, vestros Duces delegerunt,
 quos idoneos iudicarent, quibus maximi in orbe terrarum hono-
 ris, & dignitas simul & procuratio committeretur. Itaque decre-
 tum à Gregorio V. Rom. Pontifice factum est, quo Cæsaris Re-
 gique Romanorum creatio soli Germanicæ nationi tradita, &
 ex Principibus Germaniæ perpetuo permilla est. Quo quidem
 decreto ad hæc vsque tempora, annos amplius septingentos, di-
 uina & constitucnte sapientia Rom. Pont. & huius Apostolicæ
 sedis

sedis beneficio ius summi imperij & dominatum orbis terrarum obtinetis. Quod etsi consilio optimo tum ex ipso Deo, tum iam ab hominibus factum est, quandoquidem vos soli, prope virtutem animi, magnitudinemque regionis, & Principum stirorum nobilitatem ac frequentiam, capere tantum hoc nomen, & ius firmare imperij perpetuum; in vobis stabilis potestatis: Tamen vnde hæc in vos profecta sunt, vnde vobis honor & gradita, sanctam hanc Rom. & Apostolicam sedem, que ipsius officio erga vos sancta est, pro naturæ certè vestre clementia & bonitate habere in honore, gratosq; vos illi ac meminerit debere debetis, neq; perferre tam negligenter, ac pati, ut quæ illa factionibus apud vos tantopere oppugnetur. Sed quoniam de his aliis erit nobis conquerendi locus: redeamus ad ea, quæ de virtutibus actionibusque vestris, tum de meo more nostro erga vos virtutis causa amore constituta nihil ad commemorandum sunt: Vidimus enim præclarum Dei omnipotentis deus bis iudicium: Vidimus Rom. Pontificum egregia erga vos merita, qui & salutis aternæ vestre, de Principio, & post summam inter homines honoris auctores extiterunt. Nunc videamus eequid tantis honoribus & iudicijs virtus vestra respondeat, eequem nos fructum ex vobis utilitatemque sentimus. Annon hic, ut perstringam vetera, quoties videlicet à nobis bellum illud Turcis & trans mare trauctum sit, quod factum est Urbano II. primum Pont. Maximo procurante, annis ab hinc retroter quadringentis & quadraginta, cæterisque deinceps fluctibus instantibus atque adiuvantibus, vos vestras partes in illis expeditionibus eximias & graues semper esse voluistis, cumque Itali & Galli magnam quoque ipsi laudem ex prælijs illis reportarent, vos non minora virtutis & fortitudinis in eo bello opera edidistis, vestros deinde Duces, vestros Imperatores, sua nomine separatim ad id bellum esse profectos, Barbaras nationes non paucas, quæ vobis finitimæ existerent, armis per vos devictas ad Christi fidem accipiendam fuisse adductas. Plurima denique per vos gesta, quæ & ad terrorem valuerint hostium, & ad salutem confirmationemque sociorum: ut hæc inquam opera non obliuiscantur, hoc quod recens & postremum accidit, quod ætate nostra factum est, in quo nos omnes, cum admodum primo de nobis & de salute nostra existimaremus, virtute vestra Germani, vestraque fortitudine, ac inuictissimi Imperatoris vestri Caroli singulari prouidentia atque consilio ex tanto timore ad summam hilaritatem & læticiam fuimus traducti: quibus tandem explicare verbis, aut quæ digna laude profectus describere possimus? Venerat hostis superbus & insolens Arturcarum, cunctumque orientem secum, nec non è Ger-

cia, Thracia atq; Illyrio maximas manus adduxerat, trecenta mi-
 lia equorum habebat in exercitu, totidem ferè pedum, Panno-
 nias legibus suis obstrictos seruos magis suos, quam hostes nume-
 rabat. Viennam appetebat. Urbem vestri nominis florentem at-
 que amplam, quo capta ea, vt confidebat, atque oppressa, ac tan-
 quam perfractis Italia repagulis, in nostras deinde oras irum-
 peret, illaq; collusionem maximi exercitus premeret vniuersa atq;
 fœderum magnitudine copiarum inflatus omnia sibi superaturus
 & facile prostraturus esse videbatur. Erat summus omnium no-
 strorum timor, summa expectatio, quo nam euaderet tanti periculi
 ingruentis tempestas, cum ille ad Viennam accessit, quam antea
 etiam, ne quoquã obfisione tentauerat. At posteaquam cognouit
 Imperatorem ibi Carolum adesse, quem virtutis & sapientie
 gloriâ, pacisq; & belli artibus consiliisque insignem, ipse gra-
 uiter reformidabat, magnasq; manus Germanorum conuenire,
 subditi ferendi causa, intellexit, percussus subito Germani men-
 tem animumque vestra virtutis, & in bellicis rebus fortitudinis
 fama, concidit totus, neque solum vestra arma non expectanda,
 sed ne ora quidem vultusque vestros sibi inspicendos esse statuit.
 Itaque fecit similem fugæ discessum: quiq; tanto cum exercitu,
 tanta cum audacia, superbiaq; venisset, nullis conspectis aduersa-
 riorum signis, nulla acie visa, terrore tantû nominis vestri, meticu-
 losus atq; pauens, turpiter in regnum suû est reuersus. Hoc factû
 vestrum Germani, cum omnibus nobis stabilitatem & salutem, vo-
 bis cum salute, præstantissimã etiam gloriã conseruati Christiani
 nominis attulerit: erit credo quisquam tam auersus à Deo, tam
 inimicus & patriæ & suorû, qui non salutem suam vobis acceptam
 ferat? qui nõ agat pro virili sua facultate gratias? qui virtutem ve-
 stram charissimo animi affectu nõ prosequatur? Equidem, quod
 ad me attinet, cum omnium officiorû in primis colens sim: cumq;
 eas nulli leges vitæ agendæ iam diu præscripserim, vt semper gra-
 tias in bene meritos, in eos qui virtutis laude antecellunt, propen-
 sus ad laudandum & diligendum sim. Quid est tandem gratiæ, aut
 extremi cuiusdam amoris quodd vobis à me non debeat? Quos
 optime sepe de Christiana Rep. meritos, & in omni bellica ciui-
 liq; virtute ab antiquis vsq; temporib. intelligo fuisse præstantes.
 Atq; hæc publica gesta, atq; facta, priuati quoq; vestri mores an-
 tea comprobauerunt. Sic enim ex multis audio, idq; mihi persua-
 sum iam pridem est, Germanos ante hæc turbulenta tempora, q; ali-
 quâ profectò splendore vestra nationis offuderunt nebulam, eis in-
 fœditos morib. fuisse, nihil vt illis humanius, nihil erga hospites
 liberalius, cõmemorari posset, pace autem & concordia
 inter se, religione erga Deum, in qua omnes vnû atq; idem sentiebant,

id scilicet quod à sancta Ecclesia Catholica eis præceptum
 & demonstratum, vique ad eò fuisse deuinctos, vt qui peregrina-
 rationis & officinam hospitalitatis, vbiq; videtur se & expectari
 rentur. Audiebam sæpenumerò multos, qui isthic aliquando
 ter vos commorati in patriam deinde erant reuerfi, Italos
 Gallos, de vestris moribus mira quadam memorantes, quos
 libens auscultabam: ea enim narrabant, quæ mihi pro
 petua in vestrum genus benevolentia, maximè erant iuu-
 que grata: Cum illi ita dicerent, se agrè atq; inuitos & in-
 cessisse. Nullam gentem esse, in qua pacatius & tutius morari.
 Fidem sanctam apud Germanos, hospitij ius inuolabile
 peregrinos & aduenas tanta comitate excipi, vt nò prop-
 Germani videantur esse in suos, quàm sint erga externos. In-
 & rapinis non esse apud eos locum. Ciues pæce & concordia
 ter se contineri. Dolos, fraudes, malitias ab Germanis
 ita explodi & rejici, nihil vt grauius illi & vehementius auer-
 tur. Contra bonitatem, integritatem, fidem, innocentiam, ma-
 mo apud eos in honore & haberi & coli. Deo autem & Ecclesia
 & Christianis cultibus ac ceremonijs ita esse deuotus, vt in or-
 do obsecrandus; Deo, seruandis Ecclesie præceptis, templis
 nisq; rei diuinæ videndæ & audiendæ gratia, frequentatissimè
 gens illis, neq; religionis studio, neque humanitatis cultu, fieri
 æquari possit. Hæc ego Germani sæpius eadem audies, hæc
 non studio solum & amore erga vos, sed tacito quodam deo
 derio aliquando ad vos proficiscendi, isticque inter vos man-
 atq; degendi, quod isthæc mihi vita maximè ad naturam est, & qd
 qui illam degunt, imprimis felices & fortunatos esse existimant.
 nimirum, quid est quod possit cogitari beatius, qui velle illi
 status? cuiusmodi vita? quanta & quâ secura felicitas? quæ
 morum iocunditates, quæ delicia? An est quicquam præterea,
 quod amplius optari à bonis & prudentibus possit? Ego idem
 hil video. Illa mihi videtur esse summa consiliorum cogitatio
 que nostrarum, si sapienter & beatè vitam traducere volumus, vt
 habeamus pacè inter nostros, laudem apud alienos, vt simus cum
 Deo fidè, & pietate coniuncti, vt aduenas humanitate, bonos
 iam hospitio comprehendamus, & nec versutia fraudibusq; in-
 tractatorum disidia ferentium, in aliquod ipsi iniustum
 adducamur, neq; tamè eludi nos contemnuerimus. Hæc
 capere vitam exequi, potuerunt, hi mihi videntur verè bonam
 vitam, quoad scilicet homini concessa illa est, fuisse planè
 Quæ vobis Germani omnium gentium penè solis domesticæ
 familiaris aderat. Vos enim armis semper iniecti, cum ceteris
 omnibus terribiles nationibus essetis, vbi tamen primum arma
 polita.

postea statim ad studia clementiæ atq; humanitatis, & ad proborum
 hominum officia redibatis. In quo erat spectaculum mētibus
 hominum prudentium iucundum & admirabile, nempe videre
 homines eos, qui modò armati nihil terribile neque formidolosum
 erant, eisdem armis, vel victoria postis, vel pace dimissis,
 mansuetudinē domi & humanitate erga omnes imprimis
 esse pacatos. Hæc fuit vestra diu peculiaris laus, hoc præstantissimi
 munit bonum, si tamen id perenne & proprium tenere potuissetis.
 Cœgit enim nostra hæc ætate misera plane atq; infelici (etenim
 fieri modò de vestris laudibus loquēs, alacritate animi & insigni
 lætitia quadam afficere sentiebam, sic nunc argumento mutato,
 cum de calamitatibus nostrorum temporum dicendum mihi sit,
 gravi & intolerando dolore afficior atq; opprimor) contigit in-
 quam proximis his & superioribus annis, vt ea de vobis Germani
 videremus, quæ videre sanè rati numquam essemus. Pacati antea
 & concordēs inter vos viuebatis, nunc nulla vsquam atrocior est
 in vobis dissensio: Deū & Diuos omnes summa cum pietate cole-
 batis, nunc pietate extincta, studia veræ religionis apud magnā
 partem vestrorū obsoleuerunt. In eis legibus continebamini, quæ
 ad sobrietatem & abstinentiā à maioribus nostris, sanctis illis vi-
 ritis & antiquis patribus lata, omnium deinceps seculorum obser-
 uantia acceptæ fuerant & comprobata. Nunc profratris legibus,
 rerum discrimine sublato, remissis continentiæ frenis, omnia vo-
 bis libera & soluta voluistis. Summam apud exteras nationes mo-
 dicitæ & religionis laudē obtinebatis, eam ipsam amisistis. Quia-
 quam ego hæc quæ loquor, non vniuersè de Germanis dicta esse
 volo, sunt enim & erunt in ista fortissima inuictissimaq; natione,
 qui iustitiæ veræ religionis causam, qui tueantur morem maio-
 rum, qui à Deo & veritate se abduci nō sinant. Neq; verò tu aliter
 si præpotens & bone Deus, Pater summe omnium nostrum, per-
 mittas & patiare. Sunt iniquā, multo maxima ex parte, qui & no-
 bilitate & potentia & magnitudine animi, & pietate erga summū
 Deum præditi, optimam rationem & foueant & tueantur. Quos
 veniam nominare & meritis laudibus cunctos efferre licitū mihi
 esset. Sed quoniam id esset infinitum, & eorum eximia præstansq;
 virtus, etiam sine mea & cuiusquam oratione, debitam gloriam
 possidet: Ego ad vos Germani, vniuersos etiā quidem, sed tamen
 præcipuè ad eos ex vobis qui aberrauerunt, & odio iracundiaque
 potius quam vlla honesta ratione incitati, Christianum nomen,
 & populos Dei fideles, tot & tam grauibus refererunt seditioni-
 bus: verba mea deinceps orationemq; conuertam. In quo id pri-
 mum exponere conabor, Si tamen potero, quid sibi volentes, &
 quo sua consilia referentes, qui nouas opiniones in Ecclesiam
 Catholicam inferte conati sunt, nouisque moribus tam in vita,

quam in religione voluit esse distincti, minimè laborant, & propter ipsos, cuncta acerbis dissidijs, tanquam incendijs correptis miscantur. Hoc enim primo adita ad causam pacificam, hinc deinde erit, ut arbitror, eorum dictis & rationibus respondeatur. Qui ergo amore maiorum, à vetustis Ecclesie & sententiarum ritibus, à seculorum consensu, sese abscondunt & amouent, quia id ratione suscipiant necesse est. Porro nulla communitate, que ad speciem honestatis ratio accommodatior est, quam dicere & præ se ferre, id, quod omnes isti præ se ferunt, & dicunt, & scripturas sanctas diligentius considerantes, habere in ueritatem ad salutem nostram pertinentia loca certius sibi in ueritatem cognita, in quibus maiores errore fuerint decepti, hinc eandem rem de integro proferam, sese melius intelligere scripturas, quàm tot sanctissimi patres, virique doctissimi, tot Doctissimi homines, neque singuli solum per se, sed sæpe in uentum cum, maximis conuentibus coacti & congregati perrepererunt, que intellexerint. Cum tamen illis antiquis diuinisque doctoribus tot seculorum series, quantum uidelicet à Christo temporum annorumque defluxit, tanta, & tam multa, tamque acuta ingruant, quæ intercurrerunt, dent ueritatis & sapientie & solidæ pietatis testimonium. Hos uero nouarum opinionum repetentes non facile accipiat, nisi idem simplex quispiam & impetens sit, non odio aliquo & prauis animi affectionibus impeditus: necesse quam est, æquum modo ad cognoscendum afferens animam, quæ plus hinc tribuere possit, quàm tribuat ueteribus illis, qui hæc hinc sæculis Christiane fidei dogmata constituerunt. Qui cum excellenter ingenijs, scientiæque præstarent, flagrantem autem studio & pietate erga summum Deum, non suo instinctu solum, sed Spiritus sancti numine afflati, diuinas posteris leges declarauerunt, quas tueri & custodire unica nostra salus est. Quibus quædam tanta cum cura & diligentia in labore scribendi, quo nos docere instruerent, uiamque nobis celestis uitæ aperirent, uelut, tanquàm parentibus multo potioribus, omnia pietatis officia debemus, nedum ut ueniat quispiam & dicat illos ignorasse de sanctis scripturis, quæ ipse melius certiusque habeat explorata & cognita. Etsi enim cæteris in uerbis sententijsque scripturæ, hinc illi cuius ingenium periclitari sum, & noui quotidie aliquid inuenire ac proferte. Quod tamen sit in literis sanctis ita posuerunt Christi primum Domini nostri auctoritate & decreto, deinde apostolorum scriptis atque sententijs, post sanctorum patrum consensumque Conciliorum iudicijs ac interpretationibus, ad fundamenta fidei constituta sit, ac diffinita, id attingere & violare omnimodis est nefas. Quid ego hinc commemorem uetera Christianæ religionis yulcra, Arios, Nestorios, Euticetas, Eunomios, &c.

Hominemque quam multos, qui dum suo plus ingenio, quam bene
 fecerunt monitis consiliisque nituntur, ad grauem impietate-
 tem lapsi & precipitati sunt. Etenim iste ipse, quisquis est, qui se
 melius intellexisse dicitur, quam veteres sancti, doctique viri fecerunt,
 sed cuius nititur consideratione & iudicio: sibi dicitur: At nemo
 in sua causa iudex esse aequus potest: propterea quod amor sui,
 qui omnibus natura inest, ingeneratusque est, quod cuique
 suum dum exoptatumque est, id etiam verum facillime facit vi-
 detur. In quo est fons errorum falsarumque opinionum omnium.
 At si suam sententiam mulierculis hominibusque aliquot rusti-
 cis probauerit, idcirco magni sese faciet: permultumque ipse si-
 bi videbitur adeptus: Sed quis non intelligat ab homine, fictam
 spectem gratis & religiosi viri prae se ferente, non esse magni
 operis, rusticos & mulierculas & similes his homunculos, in
 fraudem induci? Quod quidem magno illius sit scelere qui de-
 cipit, & maiore etiam malo. Sed tamen illa decipiendi circum-
 uentendique facilitas, nequaquam ingenij aut exquisitoris
 doctrinae est testis. Quid amentius Manichaeis: Quid furiosius
 Donatistis proferri aut commemorari potest: qui cum literas
 factas penitus ignorarent, peruersè autem & praeposterè om-
 nia loquerentur, nullo ingenio, nulla constante, atque adeo
 probabili ratione freti: discipulos tamen & sectatores inueni-
 unt. Etenim quaedam est apud leues homines, aut etiam saepe
 malitia praeditos, nouitatis voluptas, quae his quidem quaes-
 tus spem & inanis gloriolae falsum honorem subijcit, leuius
 vero facile tollit & suadet, ut commutationem sententiae
 sapientiam maiorem putent. Sed quorsum haec? Nempe ut in-
 telligatur, eos qui in suo ingenio tam confidenter insistant, ut
 ceterorum ingenia, praesertim doctissimorum & probatissimo-
 rum rejiciant, atque aspiciant: hos aut mentis ratione or-
 batos, aut certe superbia inflati tumidos & arrogantes exi-
 stere, qui etiam ita dicant vetustos illos sanctos errare potuisse
 se atque falli, quasi verò ipsi naturam nacti sint, omnis omni-
 no erroris vacuum atque expertem. Porro superbia, cuius ino-
 di crimen sit, quam inimicum, quam infestum aduersus Deum,
 ille nos docuit qui primus in oris caelestibus pulcherrimus no-
 bilissimusque creatus, hoc ipso bono concidit: quo omisso Deo,
 ad sui ipsius superbam admirationem est conuersus. Etenim
 nos, qui Christi nomine signati & salutaribus sacris ab Eccle-
 sia imbuti sumus: non in superbia neque in arrogantia, sed in
 humilitate summisioneque animorum regnum caeleste obtine-
 mus. Haec virtus propria est Christiani nominis & generis: hanc
 qui non amplectuntur, nec adsciscunt: necesse est ut fatean-
 tur, se Christum frustra confesos esse. Non debemus nobis ipsi
 usque



usque eò fidere, vt ceteros contemnamus. Ingrata sunt Deo
 istra omnia, quæ non ex imitatione sui dilecti filij, in oculis
 sunt. Ille cum humilitatem & patientiam & tolerantiam omni
 in commodorum nos docuerit, non solum verbis & præceptis
 nos admonens, sed multo etiam magis re atque factis. In quo
 plus exemplo nos instruens, nos quantum ab humilitate & pa-
 tientia eiusmodi discedimus, tantum à Christo nos reuocans.
 Quando ergo satius est, non sibi vni omnia tribuere, potius ob-
 scure antiquis viris, non reuocare in dubium, quæ sancti spiritus
 constituta sunt, non se nouarum rerum auctorem facere, non
 maximæ sæpe scditiones & perniciosa inter populares turbas
 solita sunt. Sicuti quidem in Germania sunt lecta. Nunc
 stragem illam hominum clademque inuictam populi Ger-
 mania, hanc vnã ob rationem, quod exiterunt, qui nouam
 tan in fidei doctrina, quàm in consuetudine bonorum morum
 concupierunt, possumus adhuc aut oblitisci, aut non quam
 dolere. Atque hæc perinde loquor, vt si isti ipsi qui hanc heretico-
 re doctrinas auribus atque animis vestris Germani studerant
 antiquatis atque abrogatis omnium superiorum seculorum in-
 stantibus & doctrinis: id tantum egerint conscientia uer-
 gij, aut ambitione adducti, hocque solum spectauerint, vte-
 riores ceteris apud vos & doctiores haberentur. In quo esse te
 dixi, vel amentia quædam vel superbia reprehendenda. Nulli
 profus in hoc genere peccant, scio enim non parum multos in
 eo numero existere, qui & ingeniosi sunt, & bonis literis eruditissimi,
 quodque ad laudem non mediocrem Germaniæ cedetæ (vnde
 qua modò salua salutariter constituta essent) non meo etiam
 quæntia præditi: Quos fraterno equidem animo complecti vo-
 pio, neque mihi quicquam foret optatius, quàm vt liceret vo-
 bis conferre & communicare inter nos alternas rationes cogi-
 tationesque nostras: Verùm non certandi studio, sed animo verita-
 tati acquiescendi. Neque hoc quod nunc facio, vt sciam de his
 fundamenta, aut si qua etiam fundamentis adiuncta sunt, parum
 & sustinere conor: ad vllam cuiusquam vel minimam econtra-
 diam referri volo. Mihi enim necessitas imposita est sic agendi. In
 Christum rectè professus sum, si ab ea spe nolo desistere, quæ ad
 æternæ vitæ & salutis propofita est: Quæ maximè tam amantur
 tur, si vel nos aduersus Ecclesiæ Catholicæ decreta constituta
 consurgimus, vel si insurgentes alios, illaque oppugnantes pro
 nostra vitæ parte non repellimus. Coniuncta autem & conueni-
 entia, & omne genus maledicti, abhorret a mea natura, alterum
 est, nisi, sicuti id exprimat pertinax malè sententium iniquitas.
 Quod interdum quoque a Domino nostro Iesu Christo contra
 clementiæ & mansuetudinis fonte, necessariò legimus esse
 esse.

Sed ut dicere incipiebam: non isti qui nouare omnia & permutare concupuerunt, sola ambitione & studio acquirendæ laudis sunt adducti, peruersa enim illa esset via & longè in directum ducens. Neque istud ipsi neciunt, sed multos illorum iracundia: plures auaritia: non paucos etiam cupiditas, excitant: quod vinculis legum Ecclesiasticarum exiunt, obsequi autem suo, & quaecumque eis venissent in mentem iucunda & voluptatis, ea persequi posse sine metu & cura potiri que voluerunt. At quomodo hoc cognoscitur? Quomodo ex fructibus cognoscitur arbor (ut scriptum est) quomodo ex gestis & actionibus homo, quomodo ex frondibus & foliis propinqua arbor. Hi enim cum se ad eos Evangelicos esse prædicent, atque vni sese Evangelio fidem habere esseque addictos profiteantur: quid tandem agunt hac sancta Evangelij prædicatione dignum? Qui primum concordiam vnitatemque Ecclesiæ discere & lacere avertunt, cum scriptum sit in Evangelio, precante Domino, Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint vnum sicuti & nos. Qui vult ergo nos esse vnum, & simili quidem vnitatem, atque ea quæ Deo patri suo cum filio est: qui potest probatos eos habere, qui tantarum in Ecclesiâ dissensionum velint esse auctores? Nisi forte isti à Deo patre Christo dari non sunt: nec in numero eorum, qui Christiana appellatione digni habentur, repositi. Neque verò his hoc licet dicere, sese veram & Catholicam Ecclesiam existere magisque conuenire cæteris, ut ad ipsos se conferant, quam sibi, ut ad alios. Dicunt eorum nonnulli istac quidem, quod & impij Donatistæ facere solebant, ut sese prædicarent veram esse Ecclesiam. Sed non tam errore hi, quam impudentia feruntur. Norunt enim, aut certe facile nosse possunt, constitutis iam rebus, & publica firmata re siue ea humana sit, siue diuina, qui miscere & nouare res studuerunt, eos semper turbatores pacis & concordie fuisse habitos. Quod si in hominum rebus publicis iure ita fertur & iudicatur: quanto plus Catholica in Ecclesiâ, quæ non humanis consiliis, sed diuina providentia iam inde de principio constituta est, eademque tam multis seculis corpus suum sincerum solidumque retinuit, corrupta membra reiecit, optimo iure dicendum & sentiendum est? Næne qui ab ea disungunt se & auellunt, hi vniuerso illo Spiritu Christi, quo corpus totum sustentur, sunt priuati? Nihil ergo est cur Evangelium iacetur, si maximum mandatum Evangelij præmittitur, quo præceptum imprimis est, ut omnes in charitate simus vnum: nullo enim pacto seditiosos, turbatoresque concordie admittit charitas. Sed, ut dicebam, non omnibus amaris, verum permultis eorum iracundia, nonnullis auaritia animi avaritatem & vim rectè iudicandi eripuit. Quorum quidem duorum



duorum, iracundia probabiles interdum videntur habere etiam
 sese excitandi, & acius omnia inflammatusque agendi, etiam
 hoc quidem sapientibus, ac multò minus Christianis est per-
 missum. Charitas enim (vt scriptum est) omnia sustinet. Auctori-
 verò, tum apud eos qui Deum verum nunquam agnoscerunt,
 quàm apud nostros, qui ex Deo ipso sunt regenerati atque cum
 quas quæso iustas aut probabiles potest habere rationes, cur
 quæstus & emolumentum causa omni penitus dimissa æquitas, per
 factiones & discordias in aliena inuadere licitum sibi exis-
 tretur? Sed vt veniam ad ea commemoranda, quæ occasione
 dederunt res turbare volentibus, & tanto incendio manus
 faces subiectæ sunt. Confiteor ego Germani atque suscipi-
 cerdotij splendorem multorum culpa dedecoreque postu-
 resque Romanas, è quibus omnia omnium virtutum & omni
 temperantiæ lumina in vniuersum orbem, & dimanarunt quo-
 dam, & semper fluere dimanareque debuerunt, nunc tantum
 fuligine vetustatis oblitæ, atque id quod natura in omnibus
 ferè fert rebus, spatio temporis senescentes, dimisso veteri
 ris abstinentiæ sanctitatisque curriculo, ad studium conuo-
 rendæ pecuniæ aliqua ex parte conuersas: plerique bonorum
 stomachum iracundiamque mouisse. Quod quidem Germani
 præcipue vestra in natione contigit. Vos enim pro veteri as-
 morum acrimonia, pro ingenuitate naturæ, pro studio veteri
 tuendæ libertatis, non modò veras nulla ratione iniurias sed et
 speciem quidem iniuriæ ferre facile potestis. Atqui vt consistat
 nonnulla in hac vrbe fieri, quæ minus sanctè, minusque reppo-
 ratè fiant (non enim mihi malas res defendere in animo est, ne-
 que agere id possum vllò pacto, neque debeo: semper enim
 natura fauatrix iustitiæ & æquitatis fuit) vt consistat inquam
 nonnulla apud nos minus bono more committi, quæ bonorum
 animos non sine causa offendant. Idem ego tamen affirmo, non
 èd plura esse, quæ tum optimo iure sustineri, tum commodè
 salutaria Christiano orbi debeant existimari: quibus etiã
 condonari ea quæ secus fiunt peto: nulla enim ratio est, quod
 re alicubi quæ fiant prauè, quoniam in eodem loco eademque
 ciuitate bene multa gerantur: Tamen ita vniuersè accersent
 omnes atque omnia in crimen, quod qui se absterunt & com-
 muni Ecclesiæ assidue faciunt, omnibusque passim rebus quæ
 rantur sceleris notam inurete: ac propterea populos conuen-
 ad seditionem, clamare, virgere, partem in peiorum eun-
 pretari, maledicta congerere, nunquam vt opinor, neque Chris-
 tiani hominis, neque vel mediocriter sapientis viri habitum est.
 Cuius quidem rei indicium sæpius iam vos fecistis Germani in
 in cōuentibus publicis, quos, communis Germanicæ rei causa

de & ordinandæ causâ, habere estis soliti: & in quibus plurimi
 nobilissimiq; Principes, ex ordinibus item cæteris electi viri con-
 ueniunt, cum graua mina quædam, sic enim appellatis, in mediũ
 proponeretis, quibus ab hac sancta Apostolica sede vos lecti arbi-
 trarentur: aliquoties iam moderatè admodum & persapienter
 de totius consilij sententia decreuistis, vt earum rerum expostu-
 latio cum Rom. Pontifice fieret: petereturq; ab eo omni cum re-
 uerentia & modestia, vt graua mina cuiusmodi aliquando tollere,
 & partia indulgentia satisfacere vestris desiderijs vellet. Quibus
 ego graua minibus, siue ad eò postularis in conuentu publico Au-
 gustæ, annis ab hinc 10. circiter edicis: cum ego tunc abessem ab
 hac urbe, atq; in Ecclesia mea residerem: post reditum huc meũ,
 legi responsiones, summa cum æquitate & significatione bene-
 uolentiæ, à Clemente VII. siue eius Legatis & Procuratoribus
 datas. In quibus non pauca vobis conceduntur, atq; in gratiam
 vestram referuntur. Reliqua quæ ex bono & æquo retineri possunt,
 retinet & sibi seruat Apostolica sedes: verbis tamen humanissimis
 assertions, cur ea sibi seruanda & retinenda esse ducat: equi-
 dem vt miter, quod ad concordiam & consensionem in postu-
 latis pertinet, rem adhuc non contenisse, neque esse transac-
 tam. Quod si Pontifice Clemente, res ad maximam æquita-
 tem, & ad studium gratificandi vobis iam erat inclinata atque
 propensia: quanto eadem propensior & inclinatio futura est,
 Paulo III. Pontifice: qui nihil sibi magis habet propositum,
 quam vt Pontificatum gerat eo maxime modo, quo vno is ge-
 ri cum dignitate & cum iustitia potest. Itaque & solus omnium
 nostræ, superiorisque ætatis Pontificum, à factionibus Princi-
 pum armisque tractandis abstinuit: Quod maximo quidem in
 iudicio omnibus esse potuit nihil eum extraordinarium neque ap-
 penisse neq; appetere, & quod anteriores Pontifices iam dudum
 ausi non sunt, Conuentu publico totius Christiani nominis,
 eumq; liberu primus edixit, in quo agi de eis rebus, quæ ad fidei
 integritatem, & ad bonorum morum præsertim in sacerdotib. re-
 stitutions spectent, audacter ab omnib. & liberè liceret. Hoc Põ-
 tifice Germani nõ solũ bono, verum etiã persapiente & grati,
 in vos quidem certè patria quadã animi beneuolentia affecto o-
 mnia quæ vobis, vos obtinebitis, æquitatem modò animi affe-
 ratis vobiscũ, rationeq; dare æquè & accipere sitis parati: Quod-
 cumq; probatu fuerit ratione atq; conclusum, vestris in eo postu-
 latis & voluntatibus Pauli Pontificis benignitas iustitiãq; nõ de-
 erit: Neq; ego vos, si vestram animi virtutem & nobilitatẽ recu-
 saui, aliud arbitror esse postulaturos, quam quod honestum iu-
 stitiãq; sibi iurãt semper hoc proptium generis nominisq; ve-
 stri, vt iniuriam & iniquitatem odio haberetis, veritatem atque
 iusti-



iustitiam amore complecteremini, nec minus ab hostibus de-
 ferenda iniuria, quam abhorreretis ab accipienda: Quod si
 obstat, quò minus, cum hæc ita sint, cum & vos ad hoc
 eo quod rectum sit in vestris postulatis recedere non cogamur
 & Pauli III. Pontificis Max. benignitas erga vos sit propensa,
 rota conueniat, pacatiquè & concordans animi cunctis
 nisi quo propinquo in conuentu Vincentiæ indicto, conuen-
 apperere inceperit dies, omnia hæc agenda, tractanda, conuen-
 daque sunt, vt quod publicè propè in concilio orbis tractandè
 fuerit, id plurimorum conscientia teste, & archiepiscopi
 vinculis inuiolatum & stabile teneatur. Sed quo arguamur
 institueram, cum vos Germani in vestris publicis conuen-
 in quis (vt dixi) tot & tam eximij Principes, tam frequen-
 litas, tam multi ex omnibus ordinibus vini spectati & pro-
 omnesque penè Germaniæ honestates dignitatesque in
 solita sunt: consilio compluribus diebus habito, re multo
 minata atque perpenfa, actoribus auditis, de totius fere Ger-
 mania sententia, petere Romano à Pontifice summa cum ne-
 rancia ac modestia, & quoad postulata vestra attinet, rogari
 atque obsecrare, vt consulere paci & tranquillitati omnium
 strum velit, confluueritis: cum hic mos moderari atque
 stans summisque in celum laudibus efferendus, domesticus
 rit nominis Germanici, vt omnibus videremini in rebus
 impetu animi, nec cupiditate ferri, sed æquitate ac sapientia
 euit ne fuit ne rectum: priuatos homines, quibus in rebus
 adesset, neque ad auctoritatem, neque ad prudentiam, publi-
 cundia & calore animi percitos, totum cum morem peccata
 jtere: & quæ vos publicè omni cum modestia agere, priuato
 eadem ipsos & alia multè plura grauiora que inmodeste & im-
 dum & valde petulanter agere: Qui primùm veros corruptos
 aduersus sanctam hanc Apostolicam sedem inuicti non declinat.
 Deinde cum scripti aliquid edunt, quod quidem quorundam
 illos fit, tot infarciunt ingeruntque sacerdotali ordini quæ-
 melias, vt statim appareat rectè iudicantibus, non eos expe-
 da rei causa, qua de re acturos se in inscriptione libri postu-
 sunt: sed saturandæ iracundiæ, odij expromendi, & multo
 rum gratia coaceruandorum, eam scribendi propositio-
 sumptisse. Quodque mirabilius etiam, & ab homine non
 tissimo longè est alienum, hoc ipsi tum maxime faciunt
 eas continentantur literas, quæ a Spiritu sancto diuinitus
 Te, hoc vnum semper præscribunt nobis atque præcipiunt, al-
 ter alterius onera portantes, iniurias obliterantes, bona
 malis referentes, vnitatem & concordiam inter nos teneamus.
 Quid igitur potest habere auctoritatis ad docendum illud

literarum literarum expositio, quae plena stomachi & inimicæ
 voluntatis sit, quæ non ad pacem mansuetudinemq. sitadendam,
 sed ad infringendam unitatem Ecclesiæ, populosq. iracundia &
 seditione concitandos, in primis sit suscepta? Non isti se norunt?
 Nōne intelligunt facere se repugnantia? Non in eo ipso, cum
 animo suo commouentur, tum corpore etiam perhorrescunt,
 si quæquam ex sancto codice sunt interpretati? Illæ enim cœle-
 stes literæ, illi sensus, illa Dei omnipotentis oracula, admovent
 profectō eos & tacite coarguunt, agere illos contra quàm tum
 profiteantur. Non enim patientiam intoleranter, neq. humilita-
 tem arroganter, neq. elementiam ac misericordiam Dei atroci-
 ter esse interpretandam, neq. verò cætera quæ in sacris literis aut
 præcepta nobis, aut ex Dei benignitate ostentata sunt atq. prom-
 issa, ita esse exponenda, vt etiam si linguam fortrassis ad ea ex-
 plicanda eruditam, mentem tamen immitem & immisericordem
 afferas. Quid ad hæc responderi potest? aut quid respondent isti?
 nisi id, quod iactatum diu, & identidem commemoratum est, sese
 indignitate plurimarum rerum, & sacerdotum prauis moribus
 commotos, Pontificiæ tyrannidis (sic eam appellant) iugum am-
 plius ferre non potuisse, Quippe qui viderent quotidie & experi-
 rentur, Apolliticam sedem, vna cum his qui in ea essent præfecti,
 quam piam matrem antea Christiani populi existimassent, nunc
 charitatis pietinæ oblitam, nulla filiorum ducta ratione, questus
 sibi vberis ex eorum incommodis & conscientie suspicionibus
 inuoluisse: Quæ & olim leges perquam multas edidisset iubendi
 quidem aliqui aut verandi causa, & alias nouas quotidie ede-
 ret, quibus populus teneretur, non vt legibus illis salutare quip-
 piam efficeretur, sed vt animis hominum superstitione implica-
 tis, quæcunq. legibus illis solui cupissent, id sibi licere pecunia
 grandi redimerent. Hæc & alia multa his similia postea quæ com-
 memorarunt, eaq. conuiciis refererunt & execrationibus, tum
 ad foæsem omnium malorum illas, quas vocant indulgentias, re-
 ueruntur, quibus Leonis Christi Pontificatu tota Germania
 perturbata est, Quas ego indulgentias, atq. adeo potius indul-
 gentiarum illarum ministros, neq. nunc defendo, & tunc cum
 decreta illa atque publicata sunt, recordor me & contradixisse,
 pro illo honore & gradu in quo tunc eram, & cum mea sententia
 nihil profecisset, vehementissimè doluisse, non quòd ignorarem
 indulgentias à Rom. Pontifice concedi, & eorum quæ peccatis
 nostris debeantur, suppliciorum spatia ac tempora, & contrahi
 posse ab eodem & penitus tolli: cum clauium cœli potestas & ad-
 ministratio summo Pontifici Christi Vicario, diuinitus in Apo-
 stolo Petro sit data: Sed quia in indulgentiis tribuendis is mo-
 dus seruandus est, qui nunc ab optimo Pontifice Paulo III.

summa cum cura diligentiaque seruatur: ut indolentia
 concedatur, nullaque in iis fiat pecunia mentio: ut Liber-
 gnitas & misericordia aere non ematur, aut si quid tamen
 dum fit erogandum, id in pietatis studia erogetur. Quam ob
 virtio iam omni quo offendebantur mentes hominum et
 gentis, sublato atque exempto, de reliquis aliquil etiam
 dum est. Ego, ut paulo ante sum testatus, quae in hac urbe
 rectè sunt, defensus ea non sum, & quidem non inuicem
 qua multa esse à vetere curriculo innocentiae & integritatis
 sacerdotibus non mediocriter deflexa, quae correctio
 geant: quod cum Pontifices aliquot sapius iam tentare
 tu tamen feueritatis suae sunt frustrati. Nam & Cleme-
 nae, & Gregorius XI. Auenionae, & Pius II. Mantuae
 in locis, leges de sacerdotum moribus in meliorem con-
 stituendis, aut renouarunt veteres, aut nouas constituerunt
 bus ipsis etiam tunc auctoribus viuentibus, celeriter quae
 fiturum fuerat, obseruari desitum est. Non enim facilius
 mores eos qui inueterauerunt, repente velle veteres & conser-
 rare, ubi enim multitudo ad vitia est consentiens, & discipuli
 per, & interdum etiam periculosa est emendatio. Quam
 bonorum morum corruptrix auaritia, in hac alma urbe
 obreperit, resque ab initio aliquot sanctissimè ad salu-
 minum vilitatemque institutas, longius aliquantulum
 tebat progrediens, paulatim peruertit: neque ego inuicem
 res ipsa per se fat manifestum facit. Sed videndum tamen
 trum hæc calamitas, Romani tantum nominis aut caetero-
 Sacerdotij, quemadmodum exprobrant multi acque obreperit
 propria sit: an omnes ordines, omnia collegia, omne hoc
 genus penè iam comprehendit. Qui enim locus in orbem
 rum ab hac peste intactus relictus est: quod munus, quae pro-
 ratio, quod officium, quae potestas, non omnibus is propter
 instruta fuerat, iam ad quæstum omnis intentus est acque
 uersa? Qui porro hi sunt, qui cum aliena tam facile respici-
 dant, sua ipsi & domestica minimè respectent, stipulam
 alterius oculo extrahere volentes, trabem non animam
 qua oculus eorum totus oppressus est: At enim tu prius est
 cerdotibus, quam in cæteris, auaritia. Quis negat? Sed
 hoc Sacerdotali ordine, multi sunt sancti, & graves, etiam
 viri qui criminis huius omnino sunt expertes. At in cæteris
 nibus item multi. Nempe, verum tamen exemplum est
 tem cæterorum in Sacerdotibus est illustre. Sed, ut hæc
 concludamus quod concludendum est: confitemur, nos
 & concedimus aliqua fieri in hac urbe, quæ merito repro-
 denda sunt: non pauciora tamen esse affirmamus, quam

ant laudanda: Nulquam enim charitas, nulquam amicitia &
 familiaritas fides, nulquam in egentes misericordia, neque
 sanctitas collitur, neque maiore studio curaque exercetur. Ipsa
 vero erga Deum pietas ac religio hic maximè sancta & semper
 sincerè est. Sunt quidem vitia his intermixta permulta, quod
 necesse est, ex omnium penè gentium conuentu conflata hac
 civitate. Sed tamen in turba & colluione vitiorum, multorum
 civium virtutes elucescunt, quibus æquum profectò fuit parci
 ad istos, qui omnes & omnia in crimen atque in invidiam vno
 nomine vocant. Etenim cum Deus pollicitus fuerit Abrahæ,
 sui Sodomitæ & Gomorritæ, & in omni illa natione, decem lo-
 ti boni viri extitissent, reliquis omnibus eorum causa veniam
 fore daturum: Quid faciendum fuit his, ad quos cum neque
 amicitia (non enim ipsis data est correctio rerum, rei que pu-
 blicæ procuratio) neque ipsi satis puri atque mundi ab omnium
 criminum maculis sint: totum hi tamen, vna vituperatione,
 Sacerdotium, caputque Sacerdotij Romanam Ecclesiam, pro-
 sciendere & lacetare non sunt veriti, cum & aliis in locis probi
 exemplarum gravesque sacerdotes: & in hac præcipuè vrbe
 permulti sint, qui hoc sanctum Sacerdotij nomen, quæque sunt
 huic nomini apta & consentanea, summa cum innocentia reli-
 gioneque custodiant. Et tamen in hac vrbe, his quoque urbanis
 vitiis, præsertim auaritiæ, in qua maximè populus offenditur,
 reprimendis ac moderandis, & ad veterem morem, castum il-
 lum ac modestum redigendis: accersiti sunt ab hoc sapientif-
 simo & optimo Pontifice ex variis orbis terre locis delecti vi-
 ri, idemque in summo honoris gradu positi ab eodem & col-
 locati, quo maiore præditi autoritate curam huic rebus &
 diligentiam adhibeant. Et res quidem adhuc vartis disputatio-
 nibus extracta (non enim defunt, qui diuersas partes tutan-
 tes & propugnantes, aliquid aliquando boni & æqui dicere vi-
 deantur) ad extremum appropinquanti iam conuentui, & in
 eo summi Pontificis contulitissima, vnà cum concilio, delibe-
 rationi referuata est. Sed vtriquando veniam Germani ad ea,
 quæ ab istis qui se a communi Ecclesia disunxerunt, odiumque
 & inimicitias contra Apostolicam sedem sunt profecti, tum no-
 bis obiecta sunt, tum etiam ab eis ipsis sunt ac perpetrantur:
 Vos primùm, id quod æquissimum est, rogatos volo, vt ver-
 ba mea attentè audiatis. In quo verò gratia præterea ac be-
 neficium quoddam à vobis per me petitur, summopere vos
 obsecro atque obsecro: vt donec animus meus erga vos fue-
 rit respectior, & planè vobis cognitus: quem res diesque i-
 pla quotidie magis magisque declarabit, aliquam de me in-
 terca vitam bonæ opinionis suscipere velitis, meque aman-
 tissimum



tiffimum nominis Germanici, studiosum vestre laudis, pro
 concordiae cupidissimum conciliandae, promptum ad ea
 pro vobis & sentienda & suadenda, quae pro loco hoc, pro
 more quem gero, agi & tractari & persuaderi per me potest
 credere atque existimare. Quae si de me opinio vos inquam
 let, tum tu Deus optime max. qui omnia cordium actus
 & perspicis, ita iubeto & agito, ut me quoque spes illa con-
 tua erga me misericordia & benignitate habeo, decipere
 fallat. Non ego is sum Germani, qui alios decipere
 quo ipso me maximè inprimisque decipiam. Didicimus
 ri, & rectè colere Deum: à quo se maximè discimus,
 alios maximè circumvenire student. Equidem sum
 bus delictis pro humana fragilitate cooperatus & peccat
 sus, sed tamen in his omnibus abest à me malicia, abest
 ac voluntas quempiam decipiendi: proximo enim meo
 affectus ferè ut mihi ipsi. Itaque quanto me affici dolerem
 ex his dissidiis ac dissensionibus, quae tam perniciose
 in Christiano nomine excitatae sunt? nostra illa quidem
 hil etiam culpa: sed tamen multò maiore coram, quoniam
 acerbum & inexaturabile contra nos cum cepissent, quae
 iectius iracundiae frena laxarent suae, omnes & omnia
 manas leges, omnes veteres mores, omnes superiorum
 inferiorum ordinum distinctiones, curaciones, gradus
 & confundere sunt conati: quantis vestris Germani d
 tis atque damnis, quòque Germaniae malo, vos prius
 estis: nos paria nunc propè & similia inuicem vobis
 hos eosdem ipsos omnium bonorum morum legumque
 remptione sentimus. Qui primum ita dicunt: Rom. Pontifex
 non convenire, neque id rectum aequumque esse, ut in
 accipiat emolumentum & commodum ex iis, in quibus
 gibus homines, cum illi sibi hoc concedi & indulgentiam
 causa petunt: vel qui prius in leges commiserint, eos
 stinam gratiam integritatemque restituit. Quam ego
 stionem sapius Germani ita vidi agitari, atque in v
 tem tot argumentis disputationibusque defendi: ut
 iam planè constitutum videam, quid iudicandum sit. Qu
 in eam ego partem fortè propensor sum, ut in sol
 bus maior mihi cautio adhibenda esse videatur: in
 quidem & in integrum reconciliando eos, qui contra
 cerint, eritae quisquam tam iniquus ipse, qui neque
 quum aliquam his multam praene nomine imponi
 de dimidiis partibus fructuum conquerrant, quas in
 rendis sacerdotis Pontifex sibi referuat, nullam in
 intelligo esse iustae querelae causam. Quid enim summus Pontifex

qui hunc locum atque honorem ita sustinet, ut sit cunctorum
causis precibusque audiendis & priuatim & publicè quotidie
expolitus: à quo omnis omnibus petitur, aut leuatio, si quis
contere conscientia se oppressum videat, aut consolatio, cum
ad spem æternæ vitæ quispiam, qui in crimine suo amiserat,
redire selet per eum ipsam cupit, quem selet vnum in terris hæc
causis potestate prædium esse, qui fauet ingeniis, qui virtutes
excitat (de vero & probo Pontifice nunc loquor) qui circumspicit
omnia, attenteque considerat, ne qua ex parte integritas fi-
dei Catholice, in qua potissimum salus nostra consistit, alicuius
culpa & scelere etiam in aliorum perniciem lædatur: qui o-
mnibus beneficus, omnibus est salutaris: Iste inquam, qui la-
horat assidue & vigilat, quod Christiana res in suo honore offi-
cioque contineatur, nullis ne commodis, nullis ne præmiis ab
his eis ipsis quos tutatur ipse atque conseruat, dignus est iudi-
candus: Quis inquam muneri vlli publico curatiõis sue præpo-
situs est, quis in magistratu locatus, cui non de publico stipen-
ditur sine constituta: cum nemo suo ære militare cogatur, cum
qui altari seruit, de eodem altari debeat viuere, & si spiritua-
lia tenuimus (ut verè diuinus ille doctor gentium inquit) num
indignum est, ut metamus ea quæ ad victum cultumque corpo-
ris pertinet? Quod si de fructibus sacerdotiorum, in quos
magis est summi Pontificis potestas & iurisdicctio, nonnulla ta-
men quorundam est querela, quid tandem isti Romano Ponti-
fici quo deus ille & ampliudinem suæ auctoritatis retineat, et
se vtilitandum aut concedendum putabunt? At contra ego
dico, minus gratè multò minusque liberaliter à populis agi,
gentibusque Christianis erga summum Pontificem quam con-
uenit esse iustitiam sit: cum appareat quid iudæi Deo præci-
pente (quod tamen præceptum ad nos quoque peruenit) suo
Pontifici tribuere sine soliti. Qui primum decimas omnium
suorum fructuum, quos annis singulis ager extulisset, ad sacer-
dotes suos & Levitas qui suæ cuiusque tribus essent, fideliter o-
mnino atque integrè deferebant. Vigebat enim in eo præce-
ptum Dei grauitè minitantis, si qui fraudem vllam aut deduc-
tionem in decimis fecisset. Tum deinde collectis & coacerua-
tis decimis, ex omni ea summa, decima iustus pars Iudeorum
summo Pontifici erat assignata: Et præter hoc decimarum ve-
ligal sanè petgrande & ad retinendam Pontificatus honesta-
tem idoneum, victimæ præterea, & quæcumque dona templo
deferrebantur, quæ & opulenta admodum, & quotidiana penè
erant, summo Pontifici sacerdotibusque cedebant, ut meliore
illis aliquantò conditione, inchoata religionis atque adumbra-
te fuerint auctores, quam nos petf. ctissimam salubertimamque

administremus. At habet Pontifex terrenum multorum popu-
 rum dominatum, ex quo vivat, & vnde honeste dignitatem
 tur suam. Quid civis qui patrimonium suum privatim possidet
 cum ad rectionem Reip. sunt vocati, num ideo minus patri-
 mercede sunt honestati? Quod quidem optimo iure. Ita
 nim curare aliorum res, omnis suis coguntur, ideo illi
 mium publicè est constitutum, ne duplici damno afficiantur.
 sollicitudine animi videlicet in rebus alienis, detrimento
 suis. Quare Pontifici quoque max. huius ipsius generalis
 catus nomine, aliquid profectò vel inprimis tribuendum est
 his ipsis, qui eius vigilantia divinaque potestate, patri-
 tiamque cum Deo, & ad illius gratiam aditum habundantia
 fidunt. Nam quòd dimidiæ illæ partes ad bellum institutum
 contra Turcas, decretæ olim sunt, fuit quidem illa ratio
 cernendi, Quod verò minimè in id bellum erogatum, ad
 scribis & confectoribus diplomatum sunt assignatæ. Hoc
 aliquos audio queri) primùm quia non omittit temporum
 est bellandi, tantisper illæ pecuniæ in tuto possideant, ut
 id absque vitiate & emolumento publico: Deinde quia
 bellum illud necessariò susceptum est, num quando hoc
 Pontifices sumptui & labori suo pepercerunt, quo communi
 rem Christianam eo in bello adiuvent? Atque ego de
 quioribus Pontificibus nihil dico, totumque hoc ad illam
 rum scriptores rejicio: mea quidem aetate, quod ego scrips-
 sum, propterea quòd intus fui duorum Pontificum eorum
 aurem nummum trecenta amplius milia in id bellum deo
 rogata fuisse, cuius quidem erogationis commodum meque
 parte Germania sensit: quam cum his proximis annis, immo
 propè cum manu & robore maximi exercitus Turcarum
 appeteret, vestra quidem ille inprimis Germani vi accepit
 te, sed magnis quoque submissis ab hac sancta Apostolica
 de auxiliis, turpiter est repulsus: ut nemo de dimittendis
 tibus iure iam conqueri possit, quasi illæ alios in usus
 sint, ac non eò quòd institutæ fuerant convulsæ. At multi
 dam Pontifices fuerunt, qui & his ipsis veingalibus & aliis
 divina humanaque potestate deterrimè sunt abuti. Tali
 qui te à communi Ecclesia separas, & à Christianis civibus
 veritate deficiis, argue illos si ita videatur, qui improbe
 ferunt, in quo nostrorum quoque permultos habebis famulos,
 qui te collaudent & probent, iureque malos abs te repen-
 di fateantur. Ipsum autem honorem summi Pontificum, quæ
 colessem divinamque potestatem per quam cuncta cetera
 (ut de reliquis orbis terræ partibus nunc taceam) tuasque
 Germania, ad spem nequaquam ambigam beatæ in christo
 que

quendam mortalitatis olim erecta edoctaque est, iusta veneratione prosequere. Hoc enim sic agendo, & virili dolore permotus, & Christiana simul charitate videbere esse praedius. Propter odium autem quantumvis iustum aduersus quosdam, qui male praefecti rebus diuinis, deterius etiam illas administrauerunt, esse eripere Pontificibus suum honorem, eosque in ordinem cum ceteris Episcopis redigere, pugnareque ut eximatur de Catholica Ecclesia Principatus, quo vniuersus fidelium ceterus in fide & in officio erga Deum continetur, nunquam Christiani hominis habitum in puro, cum tamen, quicquid dicant peruersi homines & pacis concordiaeque inimici, Petrus huius terrene Ecclesiae fundamentum solus sit. Est enim illi peculiariter dictum, Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, quod etiam in graeca lingua planius atque lucidius intelligi potest. Non enim differt in ea, Petra a Petro, sed verumque verbum eadem significatione Petra est. Cum ergo Dei filius Simoni commutauit nomen, eumque Petrum voluit appellari, id illi nomen tribuit, quod maxime aptum & accommodatum fundamento est, quod neutiquam nomine ceteri Apostoli sunt vocati. Petrus itaque vnus Catholicae Ecclesiae fundamentum est, super quo tota constitit aedificatio, neque ea verba in Euangelio, quisquam vnquam Pontificiae potestati obtrahens, aliter poterit interpretari, sit licet ille ingeniosus, sit astutus, sit vafer (quemadmodum quidem esse multi concupiuerunt) nunquam inquam, ita adornabit interpretationem suam, ut in ea aequis & eruditis mentibus satisfaciatur, sunt alia quidem loca in Euangelio complura, quae hoc ipsum confirmant & corroborant, quod etiam orbis vniuersus ab initio generis nominisq; Christiani perpetuo comprobauit: sed nos oratione, non disputatione teximus: & vnus hic locus ad demonstrandum satis est, esse Rom. Pontifices apud Christum idem illud ipsum, quod apud eundem fuit Petrus: si quidem non vnus homo a Christo Pontifex factus, sed in homine vno in scriptura Pontificia potestas est. Quod & in Saule factum legimus, in quo non hominis vnus honor sed regnum ipsum deinceps est Iudaeorum nationi constitutum. Quae cum ita sint, fuit ne aequum (vobis ego loquor, qui diuersa sentitis) Romanos Pontifices onerare conuictis, & tam multa probra in eos facere, vocareque Antichristos, qui Christi ipsius certissimi Vicarii sunt? quorum si mores aliquorum parum vobis erant probati, debebat tamen vel Pontificatus dignitas, vel vestra moderatio, vel charitas Christiana, vos ab istiusmodi insolentia reuocare: cum praesertim in his quae ad veram fidem, verumque Dei cultum maxime pertinent, in quo praecipue salus nostra est posita: nunquam Pontifex Max. impie sentisse, aut aliena

& prava statuisse intelligatur. Verum, esto, concedatur vobis
 Los maledictis, & verborum licentia esse confidendum. Quod
 prohibet quid innocentes: quid religiosi? eisdem ac communi vultu
 tur onerandi? Qui vero nunc gerit Pontificatum & fuit
 hortator pacis & compositionis publice Paulus III. qui
 semper abstinuit, quæ ex superioribus Pontificibus nonnulli
 grauius quid dicam) satis incommodè tractauerunt, in quo
 ipso ostendit, se nullis factionum præmijs contaminatum esse,
 nulla extraordinaria cupiditate transfusum agi, qui edocuit
 nunc omnium gentium Christianarum Concilium, in quo
 maximè petere & flagitare solebat, nunc postquam huius
 & constitutum est, fugere illud maximè & declinare curat,
 quem ad numerum vobis videtur esse aggregandus? Quis
 cum causis in medium adduceretis, quamobrem ad concilia
 non essetis venturi, reum vos facere velle professi estis: de his
 verbum inhumanum & insolens, à quo quidem verbo nunc
 quondam Imperatores, & summi in terris Reges protestantes
 per abhorruerunt, vos nequaquam eius authoritatis homines
 inconsiderata quadam mentis temeritate protulistis. Quæritur
 quid ego disputem quo animo sitis erga Pontificum potestatem, ut
 videam leges & decreta, quæ a summis Pontificibus, quæ
 pore facta & promulgata sunt, omnia à vobis vno ordine
 diata esse & abiecta? Et quod vestrorum animorum moderum,
 Euangelijque disciplina, quam sequi vos prædicatis, magis
 reteret, in concione gregalium vestrorum ignibus citam tractat.
 Quibus tamen legibus & decretis, multa ad abstinentiam, multa
 ad frugalitatem, plurima ad seruandam integritatem acque
 ruptam in Deum fidem præcepta erant & constituta, per quam
 illa cum custodissemus, & in hac vita sobrii atque casti, & laborato
 rum numerum in altera possemus esse ascripti. At enim
 bria ista & continentia minimè vobis placuit. Alios
 ne corrupissetis: nunc vestro exemplo, vestra imitatione, vestra
 suasionibus, plurimi proruptis & conculcatis sanctis legibus
 ad multa intemperantia genera se proruperunt. Est enim
 vulgi inductio ac deceptio. Cum sub falso religionis nomine, pe
 piditibus libertas & licentia proponitur. Quo in genere
 endi ac circumuentioni, vos nimirum assidui & perditissimi
 istis. Iam ista sollicitatio vestra & curiositas fallax plena
 fidiarum, quo procliuor vobis atque explanator esset, digni
 lud inprimis, tamquam propugnaculum cause vestre proponeret.
 SOLA in Deum fide homines effici iustos, ad iustitiam in nobis
 ficiendam bona opera nil referre. Quæ quidem voce per
 los promulgata, auctoribusque auditis: quis non intelligat, quos
 mos motus animorum, id quod factum est, necessario iustitiam

creandos? Cum enim credere in Deum facile sit: difficile autem
 cupiditates suas temperare: nemo paulo mobilior atque imperitio-
 re esse potuit, qui non exiguo illo credendi negotio, liberam suis
 cupiditatibus inferuendi facultatem redimere sibi vellet. Quod
 sancti vobis vestrè & maliciosè factum est: vidistis enim si maneret
 concordia in Dei Ecclesia, si status Germaniæ pacatus esset, si bo-
 nis armibus ad aliquam dignitatem esset accedendum: Vos (de
 primis illis authoribus seditionum loquor) non eum forsasse lo-
 cum quem cupissetis, habituros. Itaque in nouandis rebus, in pa-
 tria gente vestra nationeq; perturbanda, omnem profus operam
 & induciam vestram posuistis: quòque frequentiores ad vos cò-
 cursus hominum imperitorum fierent, solius doctrinam Euange-
 lij populus estis professi, sancta è summe Deus præclaraq; profes-
 sione, si tamen vobismet ipsi non repugnaretis. Nunc nihil Euan-
 gelicè cognoscimus in vobis, præter ipsam vocè, siquid è sanctum
 Euangelium, vnicam Dei sponfam & immaculatam vult esse Ec-
 clesiam, at vos & vnitatem ab ea & pudicitiam omne decus vestris
 multis pbris & conuitijs abstulistis: irè vult nos còcordes in vno
 corde cunctos, & in anima vna esse, at vos odijs atque dissidijs o-
 mnia repleuistis: vult quoq; Christianū genus vno Christi corpore
 totum comprehensum esse, at vos corpus istud ipsum cruenta in-
 frusta iam compluta, miseraq; fragmenta didicistis. Etenim
 quare à vobis iam errantium secta, neq; Ecclesiæ Catholice con-
 sentientes, & à vobis quoq; ipsis alienae, prodierunt? Quod qui-
 dem non iniuria accidit: vbi enim semel ab vnitatem Ecclesiæ & ab
 vniuersa ea restoris autoritate discessum est, non est præscripta
 cuiquam neq; firma & rata lex vlla viuendi. Sed vt redeamus ad
 Euangelium vestrum: cuius vnus sectatores vos esse affirmatis:
 Fortè ne Evangelicè, tot ferere dissensiones, rerum atque homi-
 num ordines còturbate, date arma plebibus aduersus restores
 suos, totam Germaniā tumultu, discordia, direptione, cede misce-
 re & inuoluerè? Nisi fortè illud vel maximè Evangelicè est, (audi-
 te vos qui talia perpetrastis, maxima enim cum attentione & dili-
 gentia à vobis est curatum) quod bona Ecclesiarum diripuistis,
 possessiones occupastis: templa Deo immortalī consecrata, solo
 & quastis, scilicet vt Dei ipius omnipotentis non veneratio so-
 lum, veremetiam memoria in illis locis moreretur, quo solutio-
 re animo vos ex manubijs non hostilibus, sed diuinis, vestrae aua-
 ritie & cupiditati suppeditaretis. In quo fuistis etiam Turcis ho-
 stibus crudeliores: Illi enim templa vero Deo dicata si quando
 & armis ceperint, in alterius ea vsum religionis conuertunt:
 falsè quidem quis negat? sed tamen etiam si veritatem cul-
 tamittunt, nomen tamen Dei & religionis retinent. Quod
 vobis ipsum quoq; funditus sustulistis: nihilq; magis cupere vos o-

stenditis, quam vt memoria hominum de ea re factis, vna vobis
omnis extingueretur, nempe vt obliuiscerentur cunctis alieni
& nescirent, loca illa quondam Dei sacra fuisse, agros, possessiones,
& aedificia, praedia que a pijs olim vereq; Christianis honorati
ad victum ibidem deseruientium Deo, & ad impensam operum
ni sacrificij assignata fuerant, per Evangelicos viros, scilicet
Euangelio aliena rapere iubenti, ab ipsis obtemperantes, fuisse
interuerla, atque horum malorum, aliorumq; complurium vni
origo & fons in primis fuit vestra egregia illa postro, cur
stare ac proponere omnibus soletis, Fide videlicet in Deum
SOLA, iustitiam nobis, non etiam bonis operibus acquiri
propositio aditum vobis ad commouendos simplices
mos, hac occasione diripiendi patrimonij Ecclesiarum
buit, a vobis simulatè & fallaciter iactata, a plurimis propo
peritiam atq; etiam ob licentia solutiois cupiditatem dicitur
suscepta. De qua quidem positione nobis dicendum est, vt opo
tum cum Dei ope poterimus, quibusdam malicia fraudibus, cog
mentum, alijs falsa errorem opinionis auferamus. Est hinc
ter vos nonnulli modestiores, qui temperatus agunt, atq; vobis
intelligo, etiam cruditijs, qui bonis operibus aliquem repositum
locum, & ea tamen opera a iustitia se iungunt. Quibus cum
tissimum agendum mihi est, quod enim antea effuse posita
petulanter, primis ab auctoribus huiusmodi dissensionem
populo proferebatur, fidem in Deum SOLAM iustos auer
cere, opera nobis bona ad iustitiam nil prodesse, vel potius
omnia peccatum esse, id isti cautijs & modestius tractant. Na
naque nobis opera necessario suscipienda esse dicunt, quia
praecipienti Deo in illis per nos obediatur. Ea tamen neque ad
iustitiam in nobis vilius esse momenti, quippe cum fide SOLA
iusti facti iam fuerimus: quam ego conclusionem, & quae postea
confirmari & sustineri possit non video. Primum ita quare
quis opera non bona sed mala efficiat, is ne fide SOLA cum
ustificatus? Non accidet hoc, inquit, fidem enim ipsam bonas o
pera consequuntur. Atqui istud ipsum quare? Sequantur autem
dem opera bona necessario, nec ne sequantur? Si necessario
quuntur, quid arguit ab ea iustitia quae per fidem impetrantur
opera bona se iungere? cum ea ita complexa & cognata ipsam
fide sint, vt simul cum ea adsint, & simul cum ea iustificem, &
quam ad rationem fidei substantiamq; pertinentia. Quod
stare per se sine altero non potest, habet illud certe quo firmata
potest esse, ad naturam suam penitus adiunctum? simile
esset, dicere fidem SOLAM iustificare, vt si diceret Iudex, po
stem Moysis SOLAM iustos nos efficere. Quod pronun
tum plures haberet intelligentias, vel enim significaret, cur

legem Moysis neminem posse iustum esse, quod nos de fide Christi
 vestissime dicere possumus, extra quam qui sunt, tantum ab-
 sunt iustitia, quantum à veri Dei & eius filij notione: vel cum
 proderet legem, totam intelligeret, totamque ab ea nobis iusti-
 tum affuerat dari, cum videlicet non solum vnum Deum co-
 leremus, sanctumque ipsum nomen veneremur: sed cum paren-
 tus pietatem, cum proximis humanitatem, cum omnibus in-
 nocentiam, cuncta denique decalogi præcepta custodiremus.
 Quam nos sententiã eandem in fide Christi sequimur. Est enim
 fides amplum nomen & secundum, quod in se continet permul-
 ta, quæ & in credendo Deo & in agenda nostra vita seruari no-
 bis præcepta sunt, quæ si compleamus, tum merito iusti per fi-
 dem efficiamur, ita fide simul, bonisque operibus iusti sumus.
 Quod si Iudæus ubi dixerit lege iustos nos fieri, non de vniuersa
 intellexerit, sed vnam aliquam ex ea decerpere voluerit partem,
 verbi causa, primum decalogi præceptum: & affirmauerit, si
 vnum tantum Deum coluerimus, nos fore statim iustos: hic ab
 ipsamet lege euestigio redarguetur, quæ extremis in execratio-
 nibus, quas cælo & terræ, Deo & hominibus, auctor ipse legis,
 sine adeo minister Moyses vult esse manifestas, eos omnes exe-
 cratur, qui non vnum tantum hoc mandatum, quanquam præ-
 ceptum id & maximum, vt vnum Deum colamus solum, sed
 qui non omnia ad vnum præcepta legis custodierint. Quæ exe-
 cratio eam vim habet: vt quisquis quanquam vnum Deum co-
 lens atque agnoscens, in alio legis mandato offenderit, hic non
 modo non iustus, sed legis totius violator esse censetur. Sic istos
 Soc. a cr. fide iustitiam in nobis constituentes, hoc est delibantes
 ex Euangelio partem illam, quæ solum in credendo & Deo
 ipsi confidendo sita est, quasi in sanguine & cruce Iesu Christi fi-
 lij sui Domini nostri Deus nobis omnia peccata nostra ignouerit:
 & ex hac nostra in Deum credulitate & fiducia iustitiam nobis
 subito agnasci affirmantes, ipsum Euangelium pluribus qui-
 dem in locis redarguit, quæ loca a multis quotidie iactata & per-
 uulgata nos in præsentia breuitatis causa omittimus. Vnum tan-
 tum ex Euangelio afferemus locum, in quo apertissimè maxi-
 meque appareat, quantum ad vim rationemque iustitiæ in bo-
 nis operibus situm intelligatur: etenim hoc arbitror efficit in
 nobis iustitia, quæ eadem in sacris literis bonitas & innocen-
 tia, & erga summum Deum pietas, in proximum fides, huma-
 nitas ac misericordia est, vt per eam digni celestibus præmijs
 reddamur. Quid enim aliud est iustificare, quam facere iustum
 & bonum, in quo simul cum fide erga Deum sanctitas motus
 & omnis actio recta continetur? Cum ergo dominus Ie-
 sus supremum illum in Euangelio denuntiat iudicij diem, quo
 omnes

omnes omnino homines, quicumque sumus, fuimus, erimus, in illud horribile tribunal constituemur: qua se voce viderum, prout quam iudicium fecerit, profitemur? Nonne ad bonos quidem electos ea, qua opera illorum misericorditer facta collata, regnum se illis propterea perpetuum dare pronunciat: quia non me videtis esurientem, inquam, pane vestro recreatis: quia non estis: cum nudum, vestistis: cum in vinculis positum, pedibus me accessu consolationeque fouistis. Ad impios autem, misericordes contraria. Si ergo iustitia in nobis effectus, remissio regni est, atque id regnum, testimonio Iesu Christi operibus bonis est destinatum: quis erit tam avertisus a vero, qui opera iustitiam bona conducere non putet? Quod si opera bona necessario fidem consequuntur: & ea sunt tamen propinqua datum Dei suscipienda (hac enim erat altera diuisionis pars) curro statim, itaque insisto, cedo hominem igitur credentem in unum Deum & per Iesum Christum sibi ignotum peccatorem, licentius hoc autem & liberius cupiditatibus obsequens suis, quod nihil omnino de iustitia quam per fidem acquirit, detractum iri per mala sua facinora putat, Quod cum monstrum statim, quod prodigium mihi dederis: Quanquam humilissimi quidem monstra permulta iam pridem comata in vestra Germania sunt. Atqui hoc quod ego peto, facile sanè est, idque accedere potest, si quidem non est necesse opera bona cum fide non esse coniuncta. Tu verò qui iustitiam in fide sola constituis: si hunc cum talis sit, qualem ego descripsi, fide ex sola putas iustum, nonne honorem sancti nominis iniquitate & temperantia intelligis te deferre? At enim plura sunt opera in sacris literis, quae hoc ipsum disertè enunciant. Iustitiam fide videlicet ab operibus seungi: quod princeps ille orationis Christianae sapientiae Paulus saepe numerò repetit, Arbitrabamur inquam, hominem iustificari fide, non operibus. Et alio loco: Gratia seruati estis per fidem, idque non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Item quia scribit, quod iustitia nunc Dei sine lege facta est manifesta, ea iustitia scilicet, quae sine legis operibus iustos nos facit. Quod magis ut confirmet, subiungit, omnes qui peccauerunt, & indigent gloria Dei, iustificatur gratis per ipsius gratiam, per eam redemptionem quae est in Christo Iesu. Haec ego elogia & verissima esse assentior, & in toto Apostolo diuinitus iudico fuisse scripta: Non tamen esse concludatur, fidem seorsum ab operibus bonis, nos sola iustificare. Ac quod opera quidem sine fide, quae unquam illa fieri possunt, nihil nobis conducant ad Christianam iustitiam, & conferre possunt, & pleno ore pronuncio. Quod autem fides sola, nulla ratione non habita ratione operum, iustos nos efficiat, id nulli videri

eidem Paulo & scripturæ esse contrarium. Christus dixit: Amici
 vos mei tunc eritis, si egeritis ea, quæ præcipio vobis. Et alio lo-
 co: Veniet filius hominis, & reddet vntique quod suis operi-
 bus quisque fuerit meritis. Et Paulus: Gloria, & honor, & pax
 omni operanti bonum. Et alio item loco: Nos spiritu ex fide
 spem iustitiæ expectamus, vbi fides spem creat iustitiæ, non sta-
 tum iustitiam ipsam. **Quantum** quid testimonia in hanc ope-
 rantem partem colligo? cum cuncta nos ad bona opera adhorretur
 scriptura, tanquam nobis necessaria ad salutem, cui quidem parti
 operum consulendum etiam fuit, tum vt veritati satisfieret, &
 conscientiæ, tum ne spoliatis hoc decore rectis actionibus no-
 stris, quasi ex minimè ad iustitiam sint viles, illicitum improbis
 impetis que daretur, non ex præcepto & lege, sed suo cuique ar-
 bitratu viuendi. Nunc ineunda nobis ratio concordiæ est, illudq;
 demonstrandum, alterna e logia ex scripturis nequaquam inter se
 esse contraria. **Quod** vt peripicue magis pateat, ab aduersario-
 rum confessione faciemus initium. Vos fide ex **SOLA** iustitiam
 nobis insinuari exponitis, ea re quidem, quod vbi quis ad creden-
 dum hoc accesserit, neque ad credendum solum, verum etiam ad
 confidendum, quod Deus omnipotens pater omnis misericor-
 dia, in sanguine filij sui & morte, quam is pro nobis vt satisfac-
 ter, nostraque deleter peccata, perpeffus est, delictis nostris ven-
 diam dedit, remissioque in nobis peccatorum est facta, statim per
 Christi meritum vna hac fide, qua non credulitatem nobis tan-
 tum, sed fiduciam etiam absolutionis nostræ & cum Deo ipso re-
 conciliationis afferat, nos effici iustos. In quo ex vobis quero,
 vtrum charitas cum hac fide iuncta sit, & societate iustificandi
 cum ea coëat: an hoc in officio à fide sic se iuncta: vos quidem
 eam repellitis, & ad alia opera illam rejicitis, cum hoc absurdum
 protinus eueniat, charitatem, quæ maior fide sit in effectione iu-
 stitiæ, qua nullum opus dari potest præstantius, nullam partem
 in nobis neque vim obtinere. Illud præterea docto homine indi-
 gum: quod, cum istam ipsam fidem, in qua vna hæretis, à spiri-
 tu sancto nobis conceditis dari, non videtis eum in amore & cha-
 ritate esse datam. **Quid** enim aliud Spiritus sanctus est, quam
 amor? **Quod** etiam vt prætereat, cum fidem esse fiduciam af-
 firmatis, qua certo confidimus nostra nobis peccata à Deo per
 Christum fuisse ignota, spem, quamuis imprudentes, in hac fidu-
 cia inseritis: non enim sine spe potest esse fiducia. **Quod** si spem,
 profecto etiam amorem, sic enim confidimus nostra peccata no-
 bis condonari, vt non modo id speremus, sed etiam amando
 optandoque expectamus vt ita sit: quoniam omnis ratio spei at-
 que fiducie, quacunque versetur in re, amore rei illius nixa est
 quam nos esse adeptos aut adepturos confidimus. Ita in fide vera
 spes,

spes, & charitas sic implicita est, vt nullum eorum possit ab alio diuelli. Quomodo igitur opera cum fide simul necessario requirantur? cum saepe abique operibus faciat. S. o. i. A. fides iustitiam non in latrone fecit, vt in alijs multis, quos ex historijs Ecclesiarum possumus colligere? Nempe, Quia habitus iustitiae, quo ad bonum operandum propensi efficimur, fidei ipsi ab initio statim proprie amorem & charitatem est annexus, vbi enim amor Dei non est, non in vera illa fide protinus clucet, simul illa subitò ad est propensio animi & cogitatio: esse in actionibus rectis amoris motus in Deum, & Deo ipsi satis faciendum, adiuuanti nos illa & charitati, si diligamus eum, vt mandata eius seruemus. Hic in iustitiae habitus, non conflat ex operibus & actionibus, sed cum ipsa fide charitateque coniunctum diuinitus notum pressus, is ille ipse est, qui iustos nos facit. Et sanè contentum est, vt à iustitia iusti, quam à fide nominemur. Tamen vt in omnia haec in vnum connexa sunt & coherent. Hanc habentem praeclearè exprimit Paulus diuinis illis verbis, quibus ad Ephe. 2. v. 8. v. 9. sic scribens: Gratia seruati estis per fidem, idque est vobis, Dei donum est: Non ex operibus, ne quis gloriaretur. Deum enim ipsius sumus effectio, aedificati in Christo Iesu ad opera bona, quibus praeprauit Deus in illis vt ambularemus. Ad Deum itaque per Christum accedenti, statim ad rectè faciendum propensa facilitas quadam & voluntas bona agnoscitur. Porro ipse habitus iustitiae tunc absolute in nobis perfectus est, cum exercet sese, & exerit in sanctas actiones: exercitationemque, conuenit iustitiae cum ipsa exercendi voluntate coniunctam. Ipse autem fidei initio, aut cum spatium non est rectè faciendi, haec totam perfectionem iustitiae non reneat, idem tamen nobis postulat salutem quod absoluta plenaque iustitia. Quam quidem etiam distinctionem, alio loquendi modo scriptura ipsa docet, vt cum loquitur de Abraam: Quòd credidit Abraam Deo, & reprobaturum est illi ad iustitiam, hoc est, perinde habitum in eo, ac si iustitiam totam iam impleset. Quod idem Paulus, credenti, inquit, in eum qui iustificat impium, fides haec ea ipsa requiritur ad iustitiam. Quibus ex omnibus patere planè iam ad hoc opus bona cum fide ad iustitiam constituendam in nobis ita esse necessaria, vt nihilominus Deus propter abundantiam bonitatis & misericordiae suae, solo in nobis interdum iustitiae habitum, qui ipsemet in nobis effinxerit, etiam nullis consecutis operibus contentus esse soleat. Hac controuersia imminuta / multa vt videntur reliquas quae supersunt, quae sanè plures existunt: & variae opinionem earum non est huius temporis tractatio: praesenti dissertationi, si quando congregari cum aduersarijs dabitur, referendam relinquam. Nunc hoc dico, hanc positionem, quam vos, quibus

Pute sedicio, quam patriæ vestræ quies iucundior, in medium pro-
 culsis, atque eam passim inter homines iactandam diuulgandam-
 que curastis, videlicet ex fide sola iustitiam, non etiam ex
 operibus bonis constitui: facem extitisse tantorum incendio-
 rum, quibus hoc tempore, instigatoribus vobis, correpta omnis
 Europa est. Quid? vos nē forte pœniter tantæ authores in Chri-
 stiano nomine calamitatis fuisse? an si quando oculos in cœlum
 attulistis, atque illa regna diuina & immortalia quæ Christianis
 hominibus & cuncto generi nostro, à Deo parata & propofita
 erant, multis per vos interlecta atque erepta cogitatis, nulla ani-
 mos vestros attingit consideratio, non posse cœlum patere vo-
 bis ipsis, nisi per pœnitentiam fueritis restituti, quod cæteris per
 vos sit obleratum & clausum? Quid est quod grauius ferat pater
 omnium nostrum præpotens Deus, quam esse astutos homines,
 qui sui quæritus, aut alicuius acquirendæ potentia causa, aut
 quod iracundia, aut quod intemperantia suæ feruiant, simplici-
 orum animos inducant in fraudem: eosque à premijs cœlestibus
 acertant, quæ præmia talibus maximè prompta & propofita
 sunt? Legite Euangelium vestrum, in eo Christus vos docebit
 quod discere ceterè debuistis, quanti hoc ponderis scelus, quanti
 ad iram Dei excitandam momenti crudelitas ista sit: si tamen ve-
 strum est Euangelium, quod vos ad peruersè interpretandum
 legistis, ad decipiendum alios proponitis, ad perurpandum
 leges omnes, tanquam machinam quandam adhibetis, factum-
 que est per vos fundamentum salutis nostræ, perpetui iam mul-
 ta erit instrumentum. Nunc plebes Germaniæ, multique
 item ex illis, quos longe erat honestius suorum virtutem imi-
 tari motemque maiorum, quam à pristina sui generis nobilitate
 religionisque deficere, quam in præcipitem locum per vos
 sunt deducti? Quis iam confidat, quis sibi habeat persuasum,
 esse aliquid iter verè in cœlum nos ducens? si circumferendi si-
 mus omni vento doctrinarum, vt Apostolus inquit, si nouis quo-
 tidie opinionibus & commutationibus rerum veterarum, im-
 buendi animi sunt? Atque ea quæ maiores nostri sanctissimi vi-
 ri, & idemque doctissimi, de vita Christiana, de moribus, de iei-
 unijs, de abstinentia ciborum, de pietate, de misericordia,
 de humilitate animi, de votis quibus Deo obstringimur, de cæ-
 teris virtutibus diuinitus scripta, posteris prodiderunt, nouis-
 simis quibusdam auctoribus reprehendentibus illa, & quæ sensi-
 bus nostris magis blandiantur, in medium proferentibus, a no-
 bis sunt repudianda? Nisi fortè credibile est, paucis truci-
 bus, iracundis, impetu magis ad omnia quam ratione delatis, in
 hoc extremo tempore, ad esse Spiritum sanctum, qui tanto secu-
 lorum numero non affuerit tot patribus sedatis, grauib. rerum
 diuina.



diuinarum scientia & sanctitate vite præclaris. At enim occi-
 dem vobis omnia sic peruertendi, sacerdotum corrupti mori
 & Romana vitia præbuerunt (ferè enim semper huic reuerenti
 & prætextum facinoribus vestris ex aliorum culpa & factis
 sumitis.) Ego sacerdotum non exigua ex parte his temporibus
 contaminatum esse fateor, & Romana vitia non proboc
 tamen ad curandum dico esse faciliora, quam iniquorum no-
 rum, qui, vt hominibus detrahant, ipsa etiam diuina iustitia
 esse non sinunt. Etenim huic sacerdotum morbo, que est
 à vobis allata medicina? qui si reprehensores vos morum & re-
 rectores vite sacerdotibus esse profitebamini, debetis
 sine vitio villo & sine reprehensione esse. Nunc neque nos
 vllam in partem adiuti & subleuati sumus, & que mandamus
 huic in Germanie populis virtutes, humanitas, patientia, pro-
 stia, quibus quidem virtutibus cum religione coniunctis, re-
 ximè datum est rapere cælum & possidere: hæc multas per nos
 erepta penitus, aut certè magna ex parte turbata & labecta
 sunt. Quo enim nos eramus (vt vos dicitis) auariores, haec
 rum virtus humaniter ferentium, magis erat admittenda. Sed
 de morum correctione agendum est, propè adest concili
 eaque appetere incipit, ad quam nos interfuturi publico in
 uentu sumus, easque & vitæ & auaritiæ noxas, que nobis cer-
 brantur, iudicio æquo subiecturi. Quod item vos facere oportet
 vt veniat, vestrasque de nobis querimonias coram expone-
 quo accusatores veri & integri, non falsi calumniatores esse
 deamini: quod hoc commodius facere poteritis, quod si fasus
 cepturi perhumanè & comiter. Non enim odio ferimus, sed
 iuriarum memores sumus: donamus ista omnia & permissum
 Deo, vestram salutem communem, concordiam, honorem Ger-
 mania, publicum Christianæ Reip. bonum expetimus. Ac quoniam
 admodum nos suscipimus & conuitemur aliqua multa ecclesiasticis
 vrbe, que in his consecutionibus diplomatum & concessio
 sacerdotiorum antiquitus rectè instituta, paulatim postea de-
 tis passibus ad nonnullam culpam sunt prolapsa, quod fieri
 ritium & hominum & temporum semper est commune, exple-
 randa & rescedenda, vetustumque ad morem redigenda cælestium
 cuius in primis sententiæ, summus ipse Pontifex est: Sic de
 dum quidem nobis esset, sed tamen dolorem huic modè detra-
 rimus, quod vos omnia passim nostra, villo absque discrimine
 culpam & crimen vocanda existimatis, cum | vt antea dixi | vir-
 tutes in vrbe Roma vitijs multo sint potiores, & vos videlicet
 non magnis vestris virtutibus fretos, aliorum vitijs tam acriter
 insultare. Expilari quotannis Germaniam, & in hanc vrbe
 rum transmitti, vociferamini. Quis inquam inter cetera

bus hoc commercium, ut quo quæque gens egebat, cum aliunde
 id expeteret, deferret ipsa vicissim quoque aliud quiddam ad illos
 indigentes vnde sibi suppeditabat? Et tamen nummus (ut ego
 prædicanti audio) sponsor est rerum omnium quæ ad hominis vi-
 tam necessariae sunt. Aurum ex Germania quotannis Romam?
 Quod ad cæteras Prouincias in quibus Germanica natio nego-
 ciatur? Num ibi inveniunt gratis Germani quod fecerunt in patriam
 meritis & emolumentis reporrent? quanquam non eadem nec
 eiusmodi omnis est negotiatio. Etenim videtur hæc querimo-
 nia pertinere vel ad dimidias partes fructuum ex sacerdotijs va-
 cantes, ut paulo ante dictum est, de quibus qui queruntur, que-
 rantur iniuria, vel quod isti clamitant, quoniam in confectio-
 nibus expeditionibusque diplomatatum circumuentiones & onera
 indices grauiora petitoribus sacerdotiorum imposta esse dicun-
 tur, quæ ego ignoro cuiusmodi sunt, multos certè de ijs audio
 queri, neque nunc repugno, quin esse aliqua possint: iam enim
 fallus sum, nonnullorum auaritatem curriculo temporum lon-
 gius progressam aliquantum quàm decebat, cui nunc retunden-
 dae atque in legitimos finis coercenda, & consilia capiuntur à
 summo Pont. & concilium indictum est. Circumuentores verò, si
 qui sint, ij non publicè, sed priuatim improbi sunt, & fraudulen-
 ti. Quod utinam genus hominum ex Christiano dispereat. Nam
 quod a vobis etiam prædicatum, & sepe numero palam iactatum
 est, leges omnes pontificias, non virtutis neque continentie in
 populo informandæ, sed quæstus gratia fuisse latas. Leges illæ ijs
 temporibus late sunt, quibus nulla omnino erat in Pontificibus
 auaritie suspicio. Etenim, qui Pontificatum ita tum accipiebant,
 ut illum esse scirent pignus sibi certissimum ad cruciatum & mor-
 tem pro Christo perferendam, valde illi videlicet pecuniam con-
 cupiscebant, quam etiam cum haberent, in pauperes statim & in
 egenos erogare erant soliti. Quorum si beatissima & constantis-
 sime in testimonium Christi & fidei mortuorum famæ obrepta-
 tis, quid tandem esse potest, quod laudando comprobatis: leges
 illi condiderunt, quæ non ipsis emolumento, sed omnibus saluti
 esse possent & felicitati. Non enim cælum, ut videmini vos exi-
 stimare, voluptatibus corporis acquiritur, nec per libertatè car-
 nis celestis vita obrinetur, sed compressa carne, cum libertas spi-
 ritus eminet & reuincta est, tum est via nobis ad scandendum in
 cælum ardua quidem illa semper, sed tamen faciliior expeditis &
 magis parata, quam illæ viæ nobis leges munierunt: neq; aliud
 facillimum illi viti spectauerunt, quàm ut carnalibus desiderijs,
 quæ nos deprimunt in terram, amputatis & recisis, planius iter in
 cælum & solutius haberemus. Eas leges vos posteaquam proieci-
 stis, & veluti cænum pedibus conculcastis, libertati Christianæ

vos restitutos gloriamini. Nempe, verumtamen ei libertas carnis est, & non spiritus libertas, & propterea etiam non Christiana. Et tamen cum hæc molimini & permissis vos profiteri esse Evangelicos, Scilicet nos profani, vosque Deum minus rectè colentes, vos veram illius colendi formam vni habentes: à nobis scripturarum sensus abscondendi partem idem vobis & manifestus. Nos, qui veterum sententiam & scriptura sequimur, & Catholicae Ecclesie decretis obtemperamus, & quingentorum documenta à tot & totissimis sanctissimisque patribus accipimus, quomodo scilicet uendum sit, quid omnibus in decretis fidei, & si quæ impendentes decretorum illorum sint, tenendum ac sequendum ad spiritum sancto autoritate facimus, sed temeritate & ignorantia, quandoquidem in vos solos spiritus sanctum est. Quod utinam ita esset, non in solos quidem, sed in sanctum in vobis haberetis, qui idem amor & charitas & probis profectio nos, non tam grauib; acerbisq; maledictis & tres in Christo vestros quotidie infestaremini? Quid enim caritate & spiritu sancto est alienius? Quapropter, cum propter libellos quotidie in vulgus spargitis, cum inuidiosis & de nobis habetis, cum leges sanctissimas ea vna de causa conlata per Rom. Pontifices inuenta sunt, promulgata, & contra hominum inimicas vociferamini, num id ex Evangelio vestro doctiq; facitis? At in eo dictum est: Quicumq; dixerit fratrem suum fatue, reus est gehennæ. Et nos tamen omnia hæc patienter sumus, non contra execramur, non maledicimus: non enim caritatem præcipuam in Christianis virtutibus esse, animi humilitatem, & ut omittamus cetera, quid sibi ista tanta vestra curiositas, & sollicitudo, tamq; assidua & tam acris diligentia vult? Ceterum de loco superiore in omnibus populis, omnia loca perueniunt singulos aditis, appellatis, corruptis, componitis, & plurima, atque ea in nationes diffeminanda curatis, scilicet in terra, & inexpiabili odio: quod quidem legentibus Eodem indicat, nec facit æquis & prudentibus hominibus Eodem arguit tantum ad iram & odium nostri inflammat. Cui etiam ostendit & acrius commouendo, falsas fabellas, & eas lugubres, & fingitis, eorum quos à nobis inique atque iniuriose dicimus se damnatos: cum tamen illi & iure optimo damnati, & a potissimum patribus auisque fuerint. Fuit enim iudicium, & in Germania & per Germanos factum, cui vos iudicio, & in prima affugitis. Sed respondete queso mihi, qui vos appellatis Evangelicos, num talia ista sunt ex charitate? Cur ergo Paulus? Charitas tolerans est, charitas benigna est, non inflatur, non temerè agit, non inflatur, non querit que sua sunt.

abest, non accipit in partem malam, omnia contegit, omnia
 sustinet. Si vos nihil omnino horum quæ charitatis sunt, adhi-
 betis sat agitis, etsi contraria omnia potius persequimini, an vos
 cum similes estis vita charitatem, Evangelicos vos ritè potestis
 appellare: cum plus etiã in Evangelio charitati tribuatur, quam
 in ecclesiis regionibus ipsi soli. Ut igitur, si quis è cælo Solem
 deprecet, minime esset ipse cælestis, sed cælo potius infestus &
 inimicus: Sic vos, ablata ex Evangelio charitate cõtrarios Evan-
 gelio vos potius statuite. Quamquam maior etiam in his eorum
 est culpa, qui se Evangelicos eodem modo prædicantes, maiore
 quadam potentia præditi, Ecclesiarum bona corripuerunt. Illi
 enim vos lummittunt, & vestro ministerio, vestrisque operis ad
 suam obtegendam iniquitatem, abutuntur, nempe in cæcino me-
 tu perterriti, qui iniqua perpetrantibus assiduus esse comes so-
 let, ne si quando pax pristinaque religio locum & auctoritatem
 suam recuperare coeperit: ipsi, amissa præda quam malè pepererunt,
 cogantur vltro reddere suorum malefactorum rationem.
 Itaque permiscunt omnia & confundunt, istamque labem vitia-
 re religionis, quam plurimos in populos contendunt propaga-
 re. Sic enim statuunt & iudicant, quod plures secum socios assen-
 foresque habuerint, & quod plura fœdera cum similibus suis coe-
 rint: hoc altiore vallo, aduersus minas iuris atque legum, fore se
 munitos. Qui tamen nihil agunt. Etenim vos credere mihi, qui
 templa Deo dicata & consecrata diruistis, qui agros & possessio-
 nes Ecclesiasticas retinetis, qui pacem & solatium fidelium mor-
 tuorum ad vestras iniustas cupiditates transfulistis, etiam si ab
 hominibus timendum vobis non sit, vos Deum tamen vindicem
 non contumuros. Ille vestris mentibus, ille vestris animis scrupu-
 los eos immittet, vosque angoribus ipsius curisque extimulabit: ut
 non sit furus vobis, ad quiescendum locus. Nulla enim ho-
 minum excubiæ quicquã valent aduersus Deum, nulla est auda-
 cia, nulla animi firmitas, quæ vbi vulneribus occultis conscientie
 labe facta est, nõ agitur assiduus terroribus & solitudinibus
 angatur: Mala illa facinorosa, quæ conscientijs animis occurrunt, &
 sceleribus ostendunt formidolosè & minaciter: tanquã faces quæ-
 dam futuræ ardentes sunt, quibus exagitetur animus, graueturque
 perterritur. Et nunc qua vos existimatione ac fama apud cunctas
 nationes esse existimatis, cum pateat omnibus & planè perspicu-
 sit, vos non religione, sed auaritia, ut nouas quereretis religiones,
 adductos fuisse? Quod si illa delubra & sacra loca ab indignis te-
 nebantur (soleis enim causam hanc auaritiæ vestræ prætere-
 que nam in eo fuit vestra iudicatio? Detulissetis querelam ad le-
 gitimos iudices: institissetis ut corrigerentur, quod fuit hominũ &
 -pororũ & nobiliũ, cum verd illorũ possessiones vos occupaue-
 ritis,



ritis, & Deo dicata deuotaque bona, domum vestram auertat.
 Quis non intelligat, vos non indignitate possessorem ad ex-
 pellendos illos, sed amore prædæ compulsos fuisse? Qui tamen
 expelli ejicique debuerunt, contra fas omnino contraque omnes
 leges, non tamen bona illa ad vos, sed ad egenos & pauperes
 fuerunt deferenda, quorum in primis causa alendorum Ecclesi-
 astiarum possidet, quæ si minus interdum suo officio funguntur,
 rum videlicet culpa qui præsumunt, non ornamentis propriis
 spolianda, sed ad id præstandum quod debet requiritur, ut
 ut (his omiſſis) aliquando ad vos Principes populique Germa-
 nia redeam, qui Deo melius obtemperantes estis, quorum de
 gloria maiorum vestrorum in vera pietate & religionis integritate
 responderis, doleo vehementer & merore quodam amara
 mea perpetua erga vos beneuolentia vexor atque confidit, ut
 ista inuicta natio, quæ splendore quondam suo ceterarum
 gentium maculas eluebat, nunc aliquot ipsa maculis inuicta
 scata est, non honorum quidem culpa, sed eorum qui in
 mere nimisque licenter in vestris regionibus, comminationibus
 nis impunè debacchati sunt, duoque sunt præcipue motus
 conati: ut & religionis integritatem, & sanctæ Apostolicæ
 infringent auctoritatem. Ac Deus quidem, cuius diuinitas
 testatam & sapientiam effugere nemo potest, requirit ad
 quoque, tempore idoneo, sua cuiusque vitæ consilia & præcepta.
 Sedes autem Apostolica à vestris populatibus tam vehementer
 exagitata, & in inuidiam adducta: ad vos confugi Germaniam
 stramque fidem & memoriam suorum erga vos benedictionem
 plorat. Quæ si loqui per se posset, hæc profecto diceret: Germaniam
 Germaniam, cum ab initio Christiani nominis atque gentis, vobis
 rem à vero Deo auersos, falsis obsequi Dijs, & cultum illi vo-
 strum impendere, eamque rem vobis exitio & perpetua detrac-
 tionis esse animaduertentem, maximam cepti curam, ut ad verum
 tem & ad salutem vos ipsi reciperetis: Quo per Dei omnipotentis
 gratiam, nostra assiduitate & industria, munere perfectio
 ra nostra fuit cura, ut rationem vitæ bene traduceret in opti-
 moribus & sanctis legibus teneretis. Quibus dum esset obsecra-
 vestra in primis laus, & Germanici nominis gloria, inter ceteros
 populos & nationes floruit: Eadem ego deinde, cum ceteros
 meam spem stabiliendæ ormandæque Christianæ Reip. in vobis
 in virtute vestra reposuissem, qui potuit summus in terris
 honor, eum vobis potissimum habendum curavi, Romani
 Imperij potestatem, & præstantissimam terrenis in rebus
 ritatem, in vestro genere locare & constituere non dubitavi. Quæ
 ex honore maximo atque amplissimo plurimi deinde inter vestros
 nores & dignitatum gradus, orti & distributi sunt. Quædam

potui pro vobis efficere, quam feci: quæ & adirum vobis in cœ-
 lum, & vobis terræ principatum, largita sum, complura præterea,
 procedentibus sæculis, in vos à me beneficia, & priuatum, & pu-
 blicè, profecta sunt, pro quibus profectò non commerui, vt hæc
 tantum gratia mihi referretur. Nunc si quorundam ex illis qui
 mihi præfuerunt, vel inficitia gubernandi, vel etiam auaritia, ali-
 quid aliquando incommodi perpessi estis, quæ mea fuit culpa?
 cur ego pro aliorum criminibus atq; peccatis rea subijctor? quæ
 semper eodem animo affecta sum, cupiens vt rectè vbique & or-
 dinè omnia gerantur: atque inprimis vobis vt Germani cuncti à
 me honesta & iucunda eueniant. Amore enim vestri iam diu
 sum correpta, inque augendis vobis & quàm maximè orandis,
 semper elaboravi. Quam voluntatem confero & seruatura sum,
 quantum illos ipsos, qui me tam iracundè & tam crudeliter op-
 pugnant, totque mihi immeritè ingerunt contumelias: & res-
 plicere cupio, & materno completi affectu animi sum parat.
 Illud postremum Germani vos rogo, & obtestor: vt si hominum
 iniurias à nobis propulsare negligitis, Dei saltem honorem, &
 veritatem Christianæ fidei, è qua vna, vt ea à maioribus tradita
 est, vestra dependet salus, stabilem & inuiolatam custodiendam
 curetis. Hæc inquam Germani, si sancta Sedes Apostolica vobis
 loqueretur, & vobiscum sic ageret, nonne ea diceret, quæ, si æqui
 esse velleis, profectò comprobaretis? verum ego neque de vir-
 tute ac integritate vestra Germani dubito, & vos similes maio-
 rum vestrorum semper fore confido. Deum tantum supplex oro,
 ac deprecor, vt qui & dissentiant à nobis & vestri nominis gloriæ
 his dissensionibus officiant, in vnum cor nobiscum, & in Germa-
 nitatem vnam copulentur. Quò cuncti vnà coniuncti in eodem
 pacis & Christi Domini Spiritu ac penè confati, debitum Deo
 honorem, vnitatem Catholicæ Ecclesiæ, Germanico generi
 suam gloriam, cunctis qui in Christiano nomine censur-
 tur, concordiam & tranquillitatem, diuina
 ope redditam & restitutam
 gaudeamus.

FINIS.